



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

Consultatio XIII. Fastigium gloriæ: ubi agitur de gratia maternitas divinæ,  
quæ omnium Excellentiarum s[a]nctissimæ Virginis est summa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

bile est, quantum unicus virtutis actus magno cum fervore productus promoveat & progredi faciat animam, plusquam centeni alij, negligenter & locorditer in opus deducit.

Luc. 6.

Et pro tertio monito memineris illius effati, quod verissimum est, quodque reliquit nobis JESUS CHRISTUS, dum dixit: *Porro unum est necessarium*; quo dicere voluit, quod nonnisi unicum sit negotium, cui naves operam in terris: Nonnisi unus amandus tibi est Deus; nonnisi una salvanda tibi est anima; nonnisi una comparan-

da est tibi aeternitas; fac bene hoc unum negotium, & fecisti omnia; dimitte cuncta caetera, quae te impediunt, quod ni feceris, nihil dimisisti. O si quis bene caperet, quanti sit momenti, suam exsolvere animam, quantum possibile est ab omni intricamento occupationum inutilium, quibus distinetur, ad applicandum se totam integram unico & soli necessario. Utinam bene comprehenderes haec sententia, insculperes animo haec exercitia; Et fructum non spernendum reportasses ex hac Consultatione.



## CONSULTATIO XIII.

*Fastigium Gloria, ubi agitur de Gratia Maternitatis divinae, qua omnium Excellentiarum Sanctissima Virginis summa est, & altissima.*



Appellavi sapiens ductorem meum, Raphael meum, dicere volens, quod praestiterit is mihi eadem officia, quae praestiterit Angelus Raphael Tobiae. Sed aliqui capientes id in alio sensu, nempe illo, quem affert Sanctus Gregorius, dum dicit, quod Raphael significet Medicinam Dei, aestimabant

Viatorem meum seu magnum Medicum, non quidem Corporum (constabat enim, ipsum ejusmodi non amplecti institutum) sed animarum, eoque observant, illuminare ipsum caelos, id est, multum afferre ipsum luminis per sua colloquia animabus, quae carebant illo: hoc impulit personam quandam scrupulis & anxietatibus vexatam, ut ipsam accederet, spe firmiter nixa, accepturam se ab

eo suatum solamen angustiarum.

Domine, inquebat hæc illi, haud leuem experta sum à Deo inspirationem, quâ exstimulabar, ut te accederem, tibi que favos animi mei exponerem cruciatus; nescio amplius, quò diffugerit moræ pax animæ, quam olim possederam & maximam & nunquam intermissam; Exin ab aliquo tempore perdidideram ipsam aliquantisper per intervalla & denuò reperi eandem; ast modò ita ipsam amisi, ut nesciam, quò me vertam, ubi iterum inveniam. Et unde hoc tibi, quòd amiseris ipsam? interrogat illam Viator noster: Nescio, cui causam imputem, nisi quòd olim singularem habuerim confidentiam & devotionem erga Sanctissimam Virginem: Obsecrabam ipsam sæpius, recepto more frequenter ipsius recitabam Rosarium; ibam quandoque ex devotione visitatum Ecclesiam ipsius magis celebres ob multitudinem miraculorum; quæ patrata sunt ibi, experiebat in me amorem valde ardentem erga illam, maximam illius conceperam in animo estimationem, & profundissima, quæ reddere poteram, exsolvebam ipsi homagia: Credideram, modò ipsa me suâ foveter protectione, salutem meam mihi fore certam; & hoc tempore vivebam admodum consolata, magnaque fruebar pace in animâ meâ. Ex aliquo tempore me totam frigidam

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

sentio erga ipsam, non amplius tanti ipsam æstimo, in illam non amplius confido, nec tam frequenter amplius ipsam precibus pulso; nescio, quid abstulerit mihi gustum Dei, & internam pacem animæ meæ: sed verum est, me nihil amplius illius habere, & non nisi inquietudines experiri & anxietates.

Et unde tibi venit hæc mutatio? interrogat ipsam Raphaël noster: Ex eo, quòd inciderim in aliquos homines, qui videbantur mihi admodum accensi zelo gloriæ Dei; hi dixerunt mihi, omnes has devotiones erga Virginem, non esse nisi superstitiones, quæ paulatim infecerint ignarum populum, ex zelo indiscreto honorandi ipsam, plus quàm debeat honorari; abhorre autem ipsammet, impendit sibi honorem, qui soli debeat Deo; insuper esse abusum, ipsam magis deprecari, quàm Deum, quòd fit, dum recitatur Rosarium, ubi decies dicitur Ave MARIA, écontra unicâ tantum vice PATER NOSTER. Adhæc majorem ad huc errorem esse tenerius & sensibilius amare ipsam, quàm Deum, & firmiorem habere erga ipsam confidentiam, quàm erga Deum ipsum. Fateor me paululum implexam fuisse hoc errore, experiebat teneriorem erga ipsam amorem, quàm erga Deum, confidebam magis in ipsius protectione, quàm debebam: dimisi igitur in-

Fff

discre

Qui perdit  
devotionem  
erga Sanctissimam  
Virginem,  
perdit quæ-  
tocumque gra-  
tiam Dei.

Dammum,  
quod infer-  
tur animæ,  
quæ auscul-  
tat inimi-  
cos Sancti-  
sime Virgi-  
nis.

discretas hæc devotiones, postquam intellexi, JESUM Christum solum esse Redemptorem meum, me ipsi debere omnia, ipsumque solum sufficere mihi ad comparandum mihi salutem, meque nullius omnino indigere alterius.

Quid lucri quæso hausisti ex hæc opinionis tuæ, affectuum sensorumque tuorum reformatione? interrogavit ipsam Viator noster: Fateri mihi candidè veritatem, loquendum est corde aperto, & nihil celandum, quando quis quarit ad serenandam suam conscientiam ab aliquo consilium: An invenisti, quòd affectus amoris & reverentiæ erga JESUM Christum, magnum sumpserint in corde tuo incrementum, postquam diminuisti illos, quos foveras erga Sanctissimam Matrem ipsius? devotio tua erga Deum an major est, ex quo nullam amplius habes erga Sanctissimam Virginem? an observasti majorem morum tuorum reformationem, majorem tui ipsius contemptum, majorem erga proximum charitatem, majorem in orando assiduitatem, majorem in adversis patientiam, majorem à mundo abalienationem, perfectiorem voluntatis tuæ cum illà Dei conformitatem, evidentiorē in perfectione acquirendā progressum? Et ut unico verbo dicam omnia, an melior jam es, quàm fueris? clarè mihi desuper aperit fundum animæ tuæ.

Non habetur major devotio erga JESUM Christum, eòquòd habetur minor erga Sanctissimam Virginem.

Fateor tibi, respondit ipsa simpliciter, me totum experiri contrarium. Videtur mihi, quòd perdendo devotionem erga Sanctissimam Virginem, perdiderim etiam devotionem erga JESUM Christum: Sentio, suspendere ipsum mihi gratias suas, ipsumque repellere velut indignabundum, quòd amplius non foveam bonos illos erga divinam Matrem suam affectus, quos foveram hucusque. Erant mihi Exercitia devotionis, quæ exsolvere solemne mihi erat diebus Sabbathinis & Festis Sanctissimæ Virginis; recitabam quotidie meum Rosarium, concedebam quandoque peregrinatum ad devotum quoddam Sacellum, & inveniebam, per hoc contineri me in optimis erga Deum sensis & affectibus. Sed postquam excussi servitium Virginis Sanctissimæ, percussam me sensi certo quodam omnis devotionis fastidio; non amplius oro Deum, nisi cum socordia; magis invenio addictam me mundo; irrepsit in animum meum nescio quæ præsumptio, quæ magis arrogantem me reddit & asperam; contemno facillè alios, potissimum eos, qui non sentiunt mecum circum ea, quæ sentio de Virgine; aspicio ipsos velut homines parvi ingenij, ut qui vanis occupentur superstitionibus, quibus me gaudeo exsolutum. Nihilominus non amplius potior pace hæc internâ & animæ tranquillitate, quâ

Defectus devotiois erga Sanctissimam Virginem, est inclitatio versutis bertiniana

Doctrina novæ productionis nisi m. affectus

quâ potiebar aliàs ; quando confi-  
debam & in Filio , & in Matre ,  
mihique videbar semper benignè  
accipi ab utroque ; jam diceres, ab  
utroque me pati repulsam ; & hoc  
est, quòd meas mihi patit angu-  
stias , auget inquietudines ; nescio  
ampliùs , quòd me vertam, nulla  
ampliùs mihi est devotio , non  
ampliùs cognosco me ipsam ; Et  
profectò quando comparo memet-  
ipsam mihi, esse mihi videor al-  
terius omninò religionis , quàm  
fueram ante.


Doctrinæ  
novæ non  
producent  
nisi malos  
effectus.

Et bene respondit ipsi Viator :  
Nónne luculenter vides, quòd no-  
va sensa, quæ inspirata sunt tibi,  
sub obtentu eximendi te ab existi-  
matis superstitionibus, non orian-  
tur à Spiritu Dei ? Ex fructibus  
cognoscitur arbor, & ex effecti-  
bus causa ; Nónne perniciosi aded  
effectus, quos nova hæc doctri-  
na produxit in animâ tuâ, luculen-  
ter tibi ostendunt, ipsam esse pes-  
simam, nec oriri à Spiritu Dei, sed  
à Spiritu dæmoniorum inferna-  
lium ? Horum genios es transformare te in Angelos lucis, & reipsâ  
semper esse principes tenebrarum,  
speciosa ostentare verba & splen-  
das quasdam secundum speciem  
rationes, & sub his insinuare ve-  
nenum hæreseos & impietatis ; pa-  
lam & publicè exhibere zelum

gloriæ Dei, clam & in occultò op-  
pugnare eandem, illamque succes-  
sivè extinguere in cunctis anima-  
bus : Si placere velis Deo, & re-  
cuperare tuæ pacem animæ, fuge,  
fuge omnia hæc nova dogmata,  
quæ offeruntur tibi velut venena-  
pessima in vasis aureis, & resume  
primos affectus æstimationis, con-  
fidentia, amoris & reverentia,  
quibus olim Sanctissimam profe-  
quebaris Virginem.

Ut te adjuvem, & denuò in a-  
nimo tuo stabiliam sublimem de  
Virgine Sanctissimæ Existimatio-  
nem, plura tecum verba faciam de  
incomparabilibus ipsius Excellen-  
tiss, & potissimum de divinâ ip-  
sius Maternitate, quæ illustrat ip-  
sam tam divinâ & admirabili glo-  
riâ, ut cælum præ gaudio congra-  
taletur ipsi, de summo hoc felici-  
tatis fastigio. Totus infernus tre-  
more concutitur sub potestate &  
imperio illius ; & universus terra-  
rum orbis abripitur admiratione,  
aspiciens prodigia magna, quæ o-  
peratus est Deus in eâ, quibusque  
comprehendendis ipsamet impat-  
foret. Admittere tu saltem com-  
prehendere id, quòd differere ti-  
bi de illis potero, hoc nihil serè  
erit respectu ejus, quòd  
sunt reipsâ.

\* \*



## ARGUMENTUM.

*Quòd Sanctissima Virgo sit verè Mater Dei.*

## ARTICULUS I.

**N**ihil non machinatus est infernus, ut impediret honorem, qui reddebatur ubiuis terrarum Sanctissimæ Virgini; sed præcipuè omnem movit lapidem, ut removeret ab ipsâ gloriosissimum Matris Dei titulum, quòd fuisse, speciosissimum è coronâ ipsius divellere florem, cum nihil sit nec gloriosius, nec sublimius in Sanctissima Virgine, quàm esse Matrem Dei.

Disputatio  
contra Nestorium,  
quâ probatur ipsi  
quòd Sanctissima Virgo  
verè sit Mater Dei.

Nestorius famosus hic & infamis Hæresiarcha, primus est, qui apertè propugnare est ausus, non fuisse ipsam Matrem Dei, sed solum Matrem Sanctissimæ cujusdam Hominis, qui unctus erat divinitate: Quâ ratione (inquebat ipse) esset illa Mater Dei, cum non produxerit divinitatem? Ipsa solum Sanctissimam produxit Humanitatem JESU Christi; solummodo igitur ipsa est Mater Hominis divini, & non Dei, Respondebatur ipsi: Miser & infelix! Pater æternus non producit divinitatem Filij sui Unigeniti juxtâ commune & trinitissimum Theologorum effatum: *Essentia divina nec generat, nec generatur*; Ipse igitur solummodo producit personam; attamen ob hoc obstringit nos fides ad

credendum, quòd ipse sit verè illius Pater: Sic quamvis Sanctissima Virgo non produxerit divinitatem JESU Christi, non magis, quàm Pater æternus, sufficit, quòd produxerit ipsius personam, ut tam verè esset ipsius Mater, quàm verè est Pater æternus ipsius Pater. Diffiteri nemo potest, quin illa produxerit ipsius personam, eò quòd, cum Mater sit, necessariò debeat esse Mater alicujus personæ; Jam persona hæc est Deus, oportet ergò, ipsam necessariò esse Matrem Dei.

Nestorius reponerat, impossibile est, produxisse ipsam personam divinam, non minus, quàm naturam divinam, eò quòd ambæ non sint nisi eadem omninò res, & persona Filij Dei æquè ab æterno sit, ac ipsius natura: Cum igitur persona divina præcedat totâ æternitate Sanctissimam Virginem, impossibile est hanc produxisse illam: quis unquam audivit, aliquem juniorem produxisse alium seniore se, Deumque opus esse suæ creaturæ? Quantum ad me, non possem inducere animum, ut adorem Deum sex mensium; Respondebatur ipsi, duas esse naturas in eadem hæc personâ, unam divinam &

Obiectio  
Respondio

Obiectio  
Nestorius  
appa  
forti

& alteram humanam: Verùm quidem est, quòd persona Filij Dei totà præcedat æternitate Sanctissimam Virginem, eòquòd ipsa sit persona naturæ divinæ; Sed verum quoque est, ipsam esse posteriorem Sanctissimæ Virgine, in quantum est persona naturæ humanæ, eòquòd hæc sit opus Matris hujus admirandæ, quæ esse non potuit Mater nisi producendo personam, cujus est Mater: Et hæc persona cum sit divina, oportet ipsam esse Matrem Dei.

Quomodo dicis, insistebat Nestorius, quòd persona Filij Dei sit opus Sanctissimæ Virginis, in quantum persona est naturæ Humanæ? An MARIA est, quæ naturæ Humanæ personam dedit divinam? Nónne omnes Theologi conveniunt, quòd ipsa non induxerit in unionem Hypostaticam, id est, in unionem personæ verbi cum naturâ Humanâ, ne quidem ut causa instrumentalis? Hoc opus est Dei solius, & stupendissimum omnium operum ipsius, ubi nulla creatura, ne quidem Sanctissima Virgo plus fecit respectu JESU Christi, quàm faciant cæteræ matres respectu infantium & foetuum suorum: ipsæ præparant Corpus humanum, illudque disponunt ad recipiendum animam rationalem in momento, quo sufficienter est organizatum, ut animetur. Deus creat animam, hæcque dat huic Corpore, ut ex hominem efficiat vivum; & ex

unionem Corporis, quòd suppetavit Mater, & hujus animæ, quàm dedit Deus, efficitur persona, cujus ipsa est Mater. Sanctissima Virgo aliud non fecit, ut esset Mater JESU Christi, nisi quòd efformaverit Corpus quoddam humanum ex propriâ suâ substantiâ; Et Deus creavit animam quandam rationalem, ut illud animaret; & ex unionem duarum harum partium facta est persona, cujus ipsa est Mater. Hæc esse non potest, dicebat hic infelix, nisi persona quædam humana; siquidem, uti omnes conveniunt, impossibile est, quòd ipsa dederit personam divinam Humanitati Salvatoris nostri.

Falleris hæretice, respondebatur ipsi, & evanescis in vanis cogitationibus tuis, non agnoscens virtutem Omnipotentis brachij Dei; Audi ac recipe doctrinam Catholicam, quæ docebit te veritatem profundi mysterij, quàm inutiliter oppugnas. Considera Corpus hoc humanum formatum in utero Virgineo MARIE; id quædam est substantia: Considera hanc animam rationalem, creatam à Deo, ut uniatur huic Corpore; hæc similiter aliqua est substantia. Aspice ambo adhuc separata, momentò priùs, quàm uniantur, & videbis, quòd cum sint substantiæ, oporteat illa necessariò quandam habere subsistentiam; Est enim natura substantiæ, esse non posse absque subsistentiâ: *Substantia*

Responsum  
solidum  
plene satis-  
faciens.

Vide D.  
Thom. 3.  
p. q. 6. 2. 5.

Ratio con-  
vincens.

*tia est Ens subsistens.* Jam certum est, duas hasce partes non habere subsistentiam humanam; est articulus fidei, Sanctissimam Humanitatem JESU Christi hanc nunquam habuisse; dicendum igitur est, ipsas jam habuisse divinam, ambasque unitas jam fuisse personæ propriæ Filij Dei antequam ipsæ simul unirentur. An dicas hoc esse non potuisse? An magis difficile invenias creditu; quod Corpus & Anima JESU Christi unita separatim fuerint Verbo divino, antequam unirentur simul; quàm difficile creditu sit, quod manserint unita, postquam separata sunt per mortem? Utrumque est æqualiter verum.

Jam videas velim tam clarè, quàm in meridie, quod Sanctissima Virgo verè fuerit Mater Dei: responde mihi. Nonne verum est, quod ipsa produxerit naturaliter Filium suum contribuendo ad unionem Animæ & Corporis JESU Christi, sicut alix Matres naturaliter contribuunt ad unendum Corpus & animam suorum fœtum? Fatendum id tibi est: Jam quid faciebat ipsa, uniens animam, quæ anima jam erat Filij Dei, cum Corpore, quod similiter jam erat Corpus Filij Dei, nisi quod naturaliter progigneret Filium Dei? Et non magis verum est, quod Judæi occiderint Filium Dei in Cruce, separando solum animam ipsius à corpore ipsius (quamvis separare

non potuerint nec animam nec Corpus à divinitate) quàm verum sit, quod Sanctissima Virgo verè genuerit proprium Filium Dei in castissimo utero suo, uniens solum Corpus ipsius cum animâ ipsius; quamvis unire non potuerit nec hanc, nec illud cum divinitate.

Foran invenies, quod doctrina hæc paulisper sit nimium subtilis, quàm ut capiatur ab hominibus illiteratis. Permitte igitur rimari hanc illos, quorum ipsa non excedit captum; Et habe hic probationem magis palpabilem ad te convincendum, quod Sanctissima Virgo verè sit Mater Dei. Intuere totam Ecclesiam Catholicam congregatam in magno & celeberrimo Concilio Ephesino, ad propugnandum gloriosum hunc Titulum Matris Dei, quem Nestorius furtipere voluit Sanctissimæ Virgini Aspice ducentos Ecclesiæ Patres, qui componebant universale hoc Concilium illustratos illuminatione Sancti Spiritus, & armatos Sancto Zelo gloriæ Dei, & honore Sanctissimæ Matris ejus: Ausculta illos proclamare omnes unanimes voce, ipsam esse Matrem Dei: *Sancta MARIA Deipara scribatur: qui non sic sapit, hæreticus est Nestorianus: mitte foras.* Et Nestorius percussus Anathemate Excommunicationis, velut maledictus à Deo, & Ecclesiâ, ipsius, suo privatus Episcopatu, Clericatus dignitate exutus, & tandem vel ut

Decisio  
lebris mag-  
ni Concilii  
Ephesini  
pro Mater-  
nitate San-  
ctissimæ  
Virginalis.



velut hircus emissarius, totus onustus maledictione, expulsus est in horridum desertum Oasidem, ubi tolerare jam incipiens pœnas inferni perijt miserimè; Nam lingua ipsius, quæ blasphemijs oneraverat Sanctissimam Matrem Dei, computruit & corrosa est à vermicibus in ore ipsius: Decisio magni hujus Concilij, tamque horrenda Infelicissimi hujus pœna, simul junctæ, an relinquere possunt vel minimum animæ Christianæ dubium, quin Sanctissima Virgo verè fuerit Mater Dei?

Quodam  
toris civi-  
tatis Ephesi  
de trium-  
pho Sanctis-  
sime  
Virginis.

Erat eximium spectaculum in-  
tueri tunc statum totius Civitatis  
Ephesinæ, dum Patres erant in eâ  
congregati ad deliberandum circa  
causam Virginis Sanctissimæ: Erant  
illius incolæ tam ardenti succensi  
zelo pro ipsius gloriâ, ut omnes  
vacarent orationi, quâ cœlos pul-  
sabant, ut causæ tam justæ suscipe-  
rent protectionem; summo cum  
desiderio expectabant decisionem  
Concilij, & mox ubi didicerunt  
pronuntiatum ab eo, quod San-  
ctissima Virgo sit verè Mater Dei,  
quodque sic à cunctis Christianis  
debeat appellari, totam ubivis æ-  
thram implevere carminibus læti-  
tiæ; festivos in omnibus plateis  
adornarunt ignes, & faculis ad fe-  
nestras succensis cuncta illustrarunt  
compita; convenere singillatim  
omnes coram Patribus Concilij,  
plures torquebant manibus thuri-  
bula, ad congratulandum illis, gra-

tæque exsolvendas ob universa-  
lem, quam toti Ecclesiæ concilia-  
vere, læticiam; turmatim præsta-  
bant ipsis comitatum, dum pleni  
jubilo concinebant laudes per *Te*  
*Deum* Altissimo, ob triumphum  
victoriæ, quam Sanctissima Mater  
Dei de suis reportaverat inimicis.

Stupendum erat, videre ulterius  
veritatem de hæresi & impietate  
triumphantem, ad gloriam Virgi-  
nis Sanctissimæ. Non erat satis,  
quod triumphaverit in Concilio  
Generali Ephesi: Ut triumphus hic  
in perpetua duraret sæcula & uni-  
versam exhilararet terram, adjun-  
xerunt Patres Concilij Angelicæ  
Salutationi ultimam hanc clausu-  
lam: *Sancta MARIA Mater Dei,*  
*ora pro nobis peccatoribus, nunc &*  
*in horâ mortis nostræ Amen:* ubi  
ipsa Mater Dei appellatur, & in-  
vocatur sub hoc titulo. Quis enu-  
merare posset, quantis millionem  
vicibus nuncupetur indies Mater  
Dei in universo orbe? Et meritò;  
quandoquidem enim semel pertu-  
lit infelicis cujusdam Hæresiarchæ,  
gloriam Maternitatis Dei sibi sus-  
furari volentis petulantiam: hæc  
gloria congeminata & multiplica-  
ta est ipsi in infinitum: Sic novit  
Deus remunerari omnia, quæ sui  
patiuntur pro ipsius amore &  
gloriâ.

Veni modò maledicte hæretice;  
veni & demoliti contende Sanctis-  
simæ honorem Virginis: dicito ad-  
huc, ipsam verè non esse Matrem  
Dei!

Gloria San-  
ctissimæ  
Virginis  
augetur,  
dum oppu-  
gnatur.

Dei! audies appellari ipsam ab universâ Ecclesiâ, invito te, ultra millies millenas vicec indies hoc Nomine. Quid profuit igitur cunctis Hæreticis, quod ipsius fuerint aut oppugnare gloriam? Quid lucrati sunt unquam, qui imminuere sunt conati existimationem & reverentiam, quâ omnes veri Christiani prosequuntur ipsam? Quem viderunt effectum omnium vanarum machinationum, quibus abrogare & tollere voluerunt universalem totius Ecclesiæ devotionem erga Sanctissimam Virginem? Quid profuerunt hæc omnia? nisi quod profunt aquarum guttæ in fornacem fabri ferrarij projectæ, ad magis succendendum illam? Omnes impij nunquam non viderunt cum desperatione, quâ intus discerpebantur, quod devotio erga Sanctissimam Virginem congeminetur & evidentissimè augeatur tantundem, quantum habuerint ipsi temeritatis in illâ profcindendâ & exterminandâ; Si unico illi libello famoso, fimoso, fumoso ipsius deturpent honorem, videbunt illicò vicena elucubrata volumina ad eundem illustrandum; si ipsi proferre audeant verbum vel unicum illi injuriosum, laxabuntur centena mox ora ad decantandas ipsius panegyras; & tandem cogentur dicere de Sanctissimâ Virgine, quod Hebræi de nostro Salvatore: *Videtis, quia nihil proficimus; Ecco mundus totus post eum*

Devotio  
Sanctissimæ  
Virginis  
boratur per  
omnes con-  
tradictio-  
nes.

Joan. 12.

*abit.* Quid lacramur, tum imminuere ipsius conamur gloriam? non nisi contiaud augemus & dilatamus ipsam.

O Sanctissima Virgo! quantum solatium ijs omnibus, qui singulari te prosequuntur honore? Quantum illis gaudium, dum in tueatur, quod ubivis, ubi Unigenitus tuus Filios fideles sibi habet famulos, tu quoque clientes habeas tibi addictos, devotos, tantoque succensos zelo pro honore tuo, ut non majori labore ex ipsorum corde evelleretur pietas erga Filium, quàm devotio erga Matrem: Sicut diabolica est malitia omninò inseparabilis ab hæreticis, te contemnere; Sic pietas omninò divina est, inseparabilis à veris Catholicis, te honorare. Ita Sanctissima Virgo, ita amabilissima Mater Redemptoris mei, firmissimè credo, quod non obstante malitiâ sæculi, reperire adhuc sit in mundo plures milliones hominum, qui tam parati essent ad dandum usque ad guttam ultimam, Sanguinem suum pro defendendâ gloriâ divinæ Maternitatis tuæ, quàm pro tuendâ Charissimi Filij tui divinitate. Quanti ipsorum sunt, qui suas darent animas, exclamando etiam super rotas & in flammarum medio: Qui non honorat MARIAM Sanctissimam Matrem Dei, anathema sit.

Haud obscurè videbam, assum hunc omniadò Seraphicum  
Raphac.

Sanct  
Virgo  
non  
omn  
Exce

Magnus  
lus pluri  
bonorum  
animarum  
erga San-  
ctissimam  
Virgineam.

D.  
3.  
art.

Raphaëlis nostri, magno fervore Spiritus ab ipso pronuntiatum, jam fortiter commovisse animum inquietæ hujus personæ, ita ut resumeret priora devotionis erga Sanctissimam Virginem sensa & consilia, inveniret etiam primam conscientie suæ tranquillitatem: Sed oportebat magis adhuc ipsi declarate admirandas Excellentias, quas complectitur augustissimus hic titulus Matris Dei; quamvis revera inexplicabiles hæc sint, edquod perfecte à nemine cognosci possunt, nisi à Deo solo; imò Sanctissima Virgo ipsa, quæ illas possidet, cuique majus in intellectu est lumen, quam ulli puræ creaturæ, non omnem comprehendat illarum magnitudinem. Ita sentit Sanctus Augustinus, explanans il-

la verba ex Cantico Sanctissimæ Virginis; *Fecit mihi magna, qui potens est*, dum ait: *Audacter pronuntio, quod nec ipsa plenè explicare poterit, quod capere potuit.* Non igitur eo consilio loquendum est, ut declarentur tales, quales in se sunt. Sed tantum, ut non taceamus omninò de ipsis, & fateamur, nos dignè de illis loqui non posse.

Nihilominus hoc parum, quod dici de illis potest, semper inservit plurimum, ad insculpendum animo magnam existimationem, & singularem cordi nostro devotionem erga Sanctissimam Virginem. Hoc igitur desiderio accensus, hæc que fultus spe, profecutus est discursum suum, nobisque dixit, ut sequitur.

S. Augustinus super Magnificat.

Sanctissima Virgo ipsa non capit omnes suas Excellentias

## ARGUMENTUM.

*Quàm gloriosus sit Titulus MATRIS DEI Sanctissima Virgini.*

### ARTICULUS II.

**G**emina Theologiæ oracula, Angelicum & Seraphicum, Sanctus Thomas Aquinas & Sanctus Bonaventura, invenierunt aliquid tam stupendum in dignitate Matris Dei, ut primus doceat, quòd *Beatissima Virgo ex hoc, quòd est Mater Dei, habeat quandam dignitatem infinitam, ex bono infinito, quòd est Deus, & ex hæc parte non possit fieri aliquid.* R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

D. Thom. 3. p. q. 25. art. 6. ad 1.

quid melius, sicut non potest aliquid esse melius Deo. Et alter scribit: *Ipsa est, quàm majorem Deus facere non posset; majorem mundum posset facere Deus, majorem quàm Matrem Dei, non posset facere Deus.* Magni hi duo Viri optime noverant, nullos habere limites Omnipotentiam Dei; huicque Omnipotentie esse proprium, facere posse usque in infinitum creaturas

S. Bonaventura in spec. B. V. c. 8.

Ggg

turas

turas semper magis & magis perfectiores ipsas, quas jam fecit; alias videret se exhaustam, & cessaret esse Omnipotentia; id quod absolute impossibile est; siquidem cessare deberet Deus esse Deus, si cessaret esse Omnipotens.

In quo sensu verum sit, quod Deus facere non possit majorem, quam Sanctissimam Virginem.

Noverant igitur optimè, quod facere posset Sanctissimam Virginem majorem & perfectiorem, quam sit; in esse suo naturali creaturæ, & etiam in esse suo supernaturali creaturæ sanctæ, per gratias quibus replevit ipsam; eoque semper adhuc conferre illi possit majores, ipsiusque Omnipotentia limitata non sit ad id, quod fecit: Sed propugnant, quod Deus non possit facere illam majorem vel nobiliorem, quam sit, in dignitate Matris Dei; & ratio hujus tota est evidens, eoque ad hoc, ut esset Mater major & perfectior quam sit, opus foret, habere ipsam Filium nobiliorem & perfectiorem Filio suo Unigenito. Jam hoc nec dici, nec cogitari potest, eoque nihil majus sit Deo.

Sanctissima Virgo non est Mater, nisi solus Filius, reposui Viatori: Deus nonne etiam posset ipsam facere Matrem, duarum aliarum personarum divinarum? Pater & Spiritus Sanctus nonne æquè incarnari possent, quam Filius, & omnes tres singulatim assumere Corpus humanum in eodem utero Virginali divinæ hujus Matris? In hoc casu ipsius honor esset duplo

vel triplo major, eoque ternis vicibus esset Mater Dei; & consequenter asserendum est, quod Deus non solum illam facere posset majorem, quam sit, in quantum est creatura; sed etiam, in quantum est Mater Dei.

Hoc verum esset, respondit mihi, si tres divinæ personæ essent quid amplius, quam solum & unicum Ens; ipsæ omnes tres non sunt, nisi unicus solus & idem Deus: Quando igitur ipsa Mater esset omnium Trium, non esset plus, quam Mater unius solius Dei: Ut ergo efficeretur Mater nobilior & excellentior, opus esset ipsi dare Filium, qui major esset, quam Deus: Nonne fateris, hoc esse impossibile? Et consequenter impossibile est ipsi Deo, facere Matrem nobiliorem & digniorem Sanctissimam Virginem. Et huic annuendum omnino erat. O dignitas infinita; O Excellentia incomprehensibilis divinæ MARIE, quæ exhaurit Omnipotentiam Dei!

Quod stupendum omnino est; reponit is desuper, est quod hæc impossibilitas faciendi majorem illam Matrem, nullam arguat impotentiam in Deo, sed potius contrarium; In hoc ipso enim ipse est Deus Omnipotens, quod exhauriat omnem suam essentiam, omnes suas perfectiones divinas, & totam Omnipotentiam suam, dans omnia absque exceptione, ut producat Filium æquè magnum ac se,

Quando esset Mater trium personarum divinarum, non esset major, qui sit.

Quomodo omnipotentia Dei refulgeat ex eo, quod facere non possit Sanctissimam Virginem majorem, quam sit.

Maximè prod est, Virginitas sui.

& in omnibus æqualem sibi. Ipsi  
Omnipotenti nullibi magis elu-  
cet, quàm in hoc, quod produce-  
re possit Deum Omnipotentem;  
Et quia sibi ipsi dare non potest Fi-  
lium perfectiorem, quàm Filium  
suum Unigenitum, dare etiam per-  
fectiorem non potest Sanctissimæ  
Virgini, nec consequenter ipsam  
facere Matrem nobiliorem & glo-  
riosem, quàm fecerit; tantum-  
que abest, ut hoc denotet impo-  
tentiam, ut potius exquisitissimum  
& præstantissimum sit opus Omni-  
potentiæ Dei extra ipsum.

Adjungo huic aliquid, quod pri-  
mâ fronte absque admiratione au-  
dire non poteris; & est, quod De-  
us Pater producat Filium suum  
Unigenitum in proprio sinu suo,  
sitque Pater ipse absque ullo mi-  
raculo; Verùm quod non produ-  
cat ipsum in sinu Virginali Sanctis-  
simæ Matris ipse absque miracu-  
lorum omnium maximo. Hic præ-  
clatus omninò discursus est Sancti  
Bernardini Senensis. Quod Deus,  
inquit, producat Deum, est ipsi  
naturale; non est opus aliquâ vir-  
tute, vel dispositione aliquâ super-  
naturali ad producendum sibi simi-  
lem; & etiam tam necessarium  
hoc est ipsi, ut ob infinitam essen-  
tiæ suæ divinæ fecunditatem, im-  
possibile ipsi foret, illum non pro-  
ducere; sed quod Virgo, quæ  
creatura est, infinitâ ratione dis-  
tans à perfectione Dei, concipiat  
& pariat Deum, prodigium est

prodigiorum. Quæ virtus brachij  
Omnipotentis Dei fuerat adhiben-  
da, ut elevaretur Sanctissima Vir-  
go ad perfectam satis similitudi-  
nem perfectionum divinarum?  
Quæ gratiarum abundantia locu-  
pletanda erat hæc creatura ex seipsâ  
pauper, ut fieret idonea ad progri-  
gnendum ex gratiâ eundem Deum,  
quem Pater Omnipotens progri-  
gnit ex propriâ suâ naturâ divinâ?  
Nonne conferre illi debuit, ut dis-  
poneret ipsam ad excellentissimum  
hoc opus, quod infinitâ ratione  
transcendebat capacitatem ipsius na-  
turalem, affinitatis quandam spe-  
ciem, in perfectionibus & gratijs,  
quas nulla alia creatura unquam ac-  
cepit: *Oportuit eam elevari ad  
quandam quasi aequalitatem divi-  
nam; per quasi infinitatem perfe-  
ctionum & gratiarum, quam crea-  
tura nunquam experta est.*

An dicam tibi adhuc aliquid ma-  
gis stupendum, pro gloriâ Sanctis-  
simæ Virginis? Hoc est, quod  
Deus Pater, attollendo ipsam ad  
dignitatem supremam Matris Filij  
sui Unigeniti, contulerit ipsi id,  
quod non contulit, nec proprio  
Filio suo, nec Spiritui Sancto; vo-  
lo dicere, potestatem concipien-  
di & producendi Filium, qui sit  
Deus. Hæc potestas & auctoritas  
est, quæ non spectat nisi ad solum  
Patrem æternum ex naturâ, quàm-  
que non nisi Sanctissimæ Virgini  
confertur ex gratiâ; nec ex naturâ  
autem nec ex gratiâ illam confert

Ggg 2 vel

S. Bernardi-  
nus Senens.  
tom. I. lect.  
6. c. 12.

Deus Pater  
confert illi  
privilegia,  
quæ non  
confert Fi-  
lio & Spi-  
ritui Sancto.

Maximum  
prodigiorum  
est, quod  
Virgo Ma-  
ter sit Dei  
filius.

vel Filio, vel Spiritui Sancto: Privilegium hoc est solius Patris verbi æterni, & solius Matris verbi Incarnati. Una sola persona divina possidet eam ex seipsa, quæ prima est personarum divinarum; & una sola persona humana possidet ipsam ex dono; & hæc prima & præcipua est omnium personarum humanarum: Siquidem nulla alia persona, nec divina, nec humana, nec Angelica, potita est gloria, ut esset Mater Dei. Nonne igitur dicere hic liceat, quod olim attonitus dixit Magnus purpu-

S. Petr. Damian. serm. de Nativit. B. M. V.  
 ratus præsul Sanctus Petrus Damiani: *Hic taceat, & contremisecat omnis creatura, & vix audeat aspiciere tanta dignitatis immensitatem.* O dignitas! ô sublimitas! ô gratia divina MARIÆ, quàm es incomprehensibilis.

Incipiebam jam absorberi immensâ hæc excellentiarum Sanctissimæ Virginis abyssu, quando dixit mihi: Sustine & confirma animum tuum, ut intelligas aliquid magis adhuc stupendum. Docent Theologi, quòd Relationes divinae sint, quæ constituent personas in adorandâ Trinitate: volunt dicere, quòd cum Deus sit Trinus & Unus, oporteat ipsum concipere, quòd sit Unus, eòquòd omnes Tres divinae personæ, non habeant nisi unam solam essentiam, & unam solam divinitatem; quòdque Trinus sit in personis, eòquòd quilibet ex personis habeat cer-

tam quandam Relationem ad alteram, quæ cum illam distinguat realiter à se, constituit exin necessariò aliam quandam personam. Exempli gratiâ concipio, quòd prima divinarum personarum sit Deus, eòquòd naturam habeat divinam; & concipio, quòd ipsa sit Pater, eòquòd habeat Filium: Concipio quòd secunda persona sit idem Deus, qui prima, eòquòd eandem habeat naturam divinam; & concipio quòd hæc sit Filius, eòquòd habeat Patrem: Concipio similiter, quòd Tertia persona sit idem Deus, qui duæ primæ, eòquòd eandem habeat naturam divinam; & concipio, quòd ipsa sit Spiritus Sanctus, & Amor infinitus, eòquòd producat à Patre & Filio, velut delectabile quoddam suspirium divinæ ipsorum voluntatis: & ut producam hunc discutsum usque ad Sanctissimam Virginem; concipio bene, quòd ipsa non sit Deus, eòquòd non habeat naturam divinam, sed naturam humanam; & concipio etiam, quòd ipsa sit Mater Dei, eòquòd habeat Filium, qui sit Deus.

Resumo igitur jam doctrinam Catholicam ab omnibus traditam Theologis, qui dicunt, Relationes divinas esse, quæ constituent personas divinas, ita ut illa, quæ habet relationem divinam, sit persona divina. O divina MARIA! quàm ingens splendor tuæ gloriæ hic meos obtundit oculos? Tu igitur

Quod Materitas Sanctissimæ Virginis faceret ipsam Deum, si esse posset.

igitur eandem habes Relationem divinam, quam Pater æternus, eodquod habeas eundem Filium, quem ipse; eadem persona divina portare ipsum facit Nomen Patris, & te Nomen Matris. Et cum terminus sit, qui conferat dignitatem relationi, juxta philosophicum illud axioma: *Relationes specificantur à termino*; necesse est, paternitatem Patris infini tā ratione esse nobilem, eodquod terminetur ad terminum Majestatis infinitæ. Et hic est Filius ipsius Unigenitus, qui est Deus sicut ipse; necesse est etiam Maternitatem tuam infinitā ratione esse nobilem, eodquod terminetur non ad alium Filium; vel majorem, vel minorem, vel similem, sed ad eundem Filium Unigenitum Patris æterni. Oportet igitur utramque relationem Paternitatis & Maternitatis, non esse nisi unicum solam, & unam eandemque relationem. Eodquod non habeant nisi unicum solum, unum eundemque terminum. Video, quod Paternitas constituat Patrem in dignitate infinita primæ personæ divinæ; quid dicam de sublimitate, ad quam attollit te Maternitas tua divina? Nisi quod, si possibile esset, ipsa te constitueret etiam in dignitate divinæ cujusdam personæ; quod sique, si essentialiter creatura non esses, in momento, quo es Mater Dei, Deus fores, juxta Theologicam hoc effatum: *Relationes divine constituunt personas divinas.*

Venite modò & videte admirandas consequentias, quæ deducuntur ex hoc principio, seu vero fonte & scaturigine omnium Excellentiarum Sanctissimæ Virginis. Inprimis ipsa sit particeps ejusdem gloriæ Dei Patris, in instanti, quæ hæc refulget magis, dum nempe dicit Filio suo Unigenito: *Ego hodie genui te*: Ego te produxi ex substantiā meā æqualem mihi me ipsi; & Sanctissima Virgo nonne eidem Filio dicere potest? *Ego hodie genui te*: Ego produxi te ex meā substantiā propria mihi ipsi similem. Summa Dei gloria non est, quod ipse sit Auctor & Dominus totius hujus Universi; quandò creasset centum milliones, & ultra centum milliones mundorum, minus reciperet gloriæ ex eo, quod dederit esse tot creaturis, quam ex eo habeat, quod producat Filium Omnipotentem & æternum, qui Deus sit, sicut ipse: Et similiter, quando Sanctissima Virgo creasset centum milliones mundorum majores & pulchriores hoc, quem aspicimus, ipsa ex eo reciperet minus gloriæ, quam quod produzerit Filium Unicum Patris æterni.

Adhæc colloca ex unâ parte omnes laudes, quas Deus recipit ab Angelis, ab hominibus, & ab omnibus creaturis componentibus totum hoc universum: adjuuge ingenti huic numero cunctas laudes, quas recipere posset ab omnibus creaturis, quæ replerent omnes

*Ipsa sit particeps maximæ gloriæ Dei Patris.*

*Psalm. 2.*

Appellare  
sanctissimā  
Virgine  
Matrē Dei,  
plūs est,  
quā om-  
nes alię  
laudes, qui-  
bus ornari  
potest.

mundos, quos creare posset. Colloca ex parte alterā gloriam & honorem, quem recipit ex solā generatione Filij sui Unigeniti, & invenies distantiam infinitam inter gloriam, quam reciperet ex unā, & honorem, quem recipit ex parte alterā. Pari ratione dicere possum; colloca ex unā parte omnes laudes, quas Sanctissima Virgo recepit, & quas recipere unquam potest ab omnibus creaturis actualibus, vel possibilibus: Colloca ex alterā parte gloriam, quam recipit ex eo, quod sit verē & propriē Mater Dei; quia cognoscere & honorare ipsam in qualitate Matris Dei, est panegyris longē excellentior cunctis laudibus, quas unquam recipere posset; non invenies ullam comparationem inter honorem, quem reciperet à creaturis, & illum, quem recipit ex solā Maternitate: *Sancta MARIA Mater Dei.* O Sanctissima Virgo! O Mater admirabilis! O Mater Dei, quem adoro! Ecce elogium breve verbis, sed per amplum in suo, quod omnes linguę tum Angelorum, tum hominum explanare nunquam possent.

Sanctissima  
Virgo por-  
tans in utero  
suo Filium  
Dei,  
portat prin-  
cipium Spi-  
ritus Sancti

Adjungo huic aliud quoddam prodigium, quod mirificē illustrat Sanctissimę Virginis Excellentias. Et est, quod, sicut Deus Pater esse non potest Pater Filij sui Unigeniti, quin sit etiam principium Spiritus Sancti, sic esse non possit principium tertię hujus personę

divinę, nisi per concursum Filij sui Unigeniti; ita Sanctissima Virgo esse non possit Mater Filij sui Unigeniti, quin portet in sinu suo principium Spiritus Sancti: Ipsa dicere potest cum veritate, sicut Deus Pater; Ille, quem produco in sinu meo ex propriā meā substantiā, producit Spiritum Sanctum ex propriā suā substantiā: Non sum quidem propria Mater Spiritus Sancti, sum tamen Mater ejus, qui principium est Spiritus Sancti. Hem! quis dubitet, quin hęc conjunctio, quam habeo cum ipso mihi tribuat jus quoddam possidendi ipsum tali ratione, quam nulla unquam creatura habuit, nec habebit unquam? An absque causā dixerit ipsi Angelus, salutando ipsam velut Matrem Dei: *Spiritus Sanctus superveniet in te: Spiritus Sanctus æquē erit in te ac Filius Tuus Unigenitus? Quis diffidebitur, quod Excellentię Sanctissimę Virginis speciem quandam constituent infinitatis, quam omnes creaturę comprehendere non possunt?*

Auctor quidam Modernus pulcherrimam fecit gradationem, ut insensibiliter nostrum attolleret animum ad cognitionem & admirationem Excellentiarum, ad quas Maternitas Sanctissimę Virginis attollit ipsam. Si Deus voluisset ipsam esse Matrem eximie alicujus personę, magno id ipsi fuisset honori; majori adhuc si fecisset ipsam Matrem alicujus Magnatis, Prin-

Pulcherrima  
gradatio  
deducit  
in cogni-  
tionem  
cellestis  
Sancti  
Virgine

Luc. 1. 35.

Justinus  
Michovis-  
sis super  
Lycan. 1. 10.  
rectan.



Palchra  
gradatio,  
deducens  
in cogni-  
tione ex-  
cellenti-  
ssimam  
Virginis

Principis, Regis, Imperatoris; & adhuc majori, si ipsa extitisset Mater alicujus Angeli, posito, quod is habere potuisset Matrem; & adhuc majori, si Matrem egisset alicujus Archangeli; majori adhuc, alicujus Cherubini; & tantò demum majori, si sublimasset ipsam usque eò, ut Mater esset primi & præcipui Seraphinorum: Omnes aliz Matres in mundo aspexissent ipsam cum admiratione velut summè supra se exaltatam. Verùm quid sunt hæc omnia respectu ejus, quod Mater existat Dei? Quantum nempe exaltatur Deus super omnes Monarchas mundi, & super omnes Angelos cæli, & super omnes creaturas, id est, *infinita ratione, infinita ratione, infinita ratione*, tantum Sanctissima Mater Dei exaltata est super omnes cæteras Matres. Et quando ex suppositione ipsa sola esset Mater omnium Monarcharum, qui fuerunt unquam, & qui unquam erunt in mundo, & Mater insuper omnium Angelorum, qui sunt in cælo, tota hæc innumera multitudo Maternitatum simul unitatum, tametsi videatur, quod, cum quævis ipsarum sit honoratissima, quodque cum omnes unitæ sint in unica solâ personâ, conferrent ipsi immensam quandam gloriam; nihilominus re ipsâ exiguum quid esset respectu gloriæ, quâ Sanctissima exornatur Virgo, ex eo, quod sit Mater solius Filij Dei,

Sic videmus, quod Sacra Scriptura, quæ latissimè excurrit in laudes plurium illustrium famulorum, famularumque Dei, velut Moyfis, Eliæ, Elisæi, Jeremiæ, Josiæ, Tobiz, Jobi, Abraham, Saræ, Annæ, Elisabeth, totque aliorum & aliarum, quorum ad longum recenset virtutes tantis cum laudibus, ut ipsorum elogijs maximam factorum codicum repleverit partem. Quando autem loquitur de Virgine Sanctissimâ, quæ incomparabiliter magis extolli mereretur laudibus, quàm cæteri omnes amici Dei, complectitur omnia, quæ de ipsâ dicere possit, duobus verbis: *MARIA, de qua natus est JESUS, qui vocatur Christus*; Hæc Mater JESU est, hæc Mater Dei est; id unicum plus dicit, quàm omnia, quæ exarata sunt in sacris paginis, & in cunctis voluminibus Sanctorum Patrum. Celebris ille Orator, qui panegyrim concinnavit Philippi Macedonis, postquam se exhausserat, ostentando nobilitatem ipsius stemmatis, abundantiam ipsius divitiarum, amplitudinem ipsius potentiz, magnitudinem ipsius animi, multitudinem ipsius victoriarum, & cætera omnia, quæ conciliare ipsi poterant splendorem, paucis hisce verbis tandem concludit, putans in hoc solo, se majorem complecti ipsius gloriam, quàm in omnibus, quæ in prolixo dicere poterat discursu:

Sacra Scriptura omnes  
Virginis  
Laudes  
complecti-  
tur paucis  
hisce verbis:  
*MARIA de  
qua natus  
est JESUS.*

Hoc

Justius  
Michevii  
is super  
Lycan. lib.  
rectan.

*Hoc unum tibi dixisse sufficiat, filium te habuisse Alexandrum, qui cum ubivis coronatus sit gloriâ, ipsemet ceu splendidissima te Patrem exornat corona.*

Plures Scriptores observârunt & deprædicârunt hoc velut insignis eloquentiæ artificium; re ipsa tamen non nisi ridiculæ adulationis erat inventum. Quid erat Alexander, hoc mundi flagellum, respectu JESU CHRISTI, Unigeniti Filij Dei vivi, Salvatoris & felicitatis totius mundi? Minus erat ipso, quàm pulvisculus respectu cœli: Sanctissimæ igitur Virgini cum veritate accini potest; Complectar & constringam verè omnia e-logia, quæ attribui tibi possunt, in hoc verbo: *Filium habes Deum*: Tu es Mater Dei, Mater Entis Entium, Mater Creatoris mundi, Mater Salvatoris mundi. Evadant omnes Creaturæ in oratores magis sacundos Tullio & Demosthene, & ubivis locorum tua divulgent præconia per cuncta sæculorum curricula; minus in tuas excurrent laudes ipsæ omnes, quàm is solus, qui dixerit, Matrem te esse Dei. Siquidem si Filius tuus omni coronatus est gloria in cœlo & in terrâ, hæc omnis in te redundat, cum ipsemet sit gloria tua,

corona tua. Sanctus Anselmus id ipsum voluit dicere in pulcherrimâ quâdam oratione, quam concinnavit ad Sanctissimæ laudem Virginis: *Mira res, in sublimi consemplor MARIAM creatam; omnis natura est à Deo orta, & omnis natura Dei ex Virgine.* Res mira, inquit, videre MARIAM ita sublimatam ad altissimam Excellentiarum verticem. Video, quòd omnis natura creata veniat à Deo, veluti primâ causâ suâ, & video, quòd omnis Natura Dei veniat & nascatur à Sanctissimâ Virgine: Ipsa est, quæ peperit illum majorem cum prodigio, quàm universus creatus sit mundus.

Nonne putas, dicebam ipsi, quòd Sanctissima Virgo gratissima extiterit pro tantis gratijs, tantâ gloriâ, tantis, quibus à Deo accumulata fuerat, Excellentijs? quid reddidit ipsa Deo pro tantis beneficijs? Reddidit ipsi, respondit mihi, gloriam pro gloriâ, beneficia pro beneficijs, Excellentias pro Excellentijs, & nunquam pura aliqua creatura, magis se gratam exhibuit Creatori suo, nec tantum gloriæ reddere potuit Deo, quantum illa reddidit ipsi soli. *Ausculata bene, quid dicam, & clarè videbis.*



ARGUMENTUM.

Quantum glorificetur Deus ex titulo Matris Dei quo honorari vult Virginem.

ARTICULUS III.

Quid Sanctissima Trinitas dederit Sanctissimæ Virgini.

Omnes tres divinæ personæ, & quævis earum speciatim, contibuerunt ad illustrandum Sanctissimam Virginem glorioso Titulo Matris Dei, velut diademate pulcherrimo, quo in omnem coronetur æternitatem. Pater participem fecit ipsam divinæ Paternitatis suæ; Filius donavit ipsi propriam personam suam, ut ipse esset Filius; Spiritus Sanctus assumens ipsam in Sponsam suam, contulit ipsi divinam quandam fecunditatem, semper conservans, imò etiam perficiens Virginitatem ipsius. Verum est, dicebam ipsi, beneficia hæc immensa sunt, quæ Sanctissima Virgo accepit à tribus divinis personis; Quid facere ipsa poterit, ad exhibendam grati animi significationem illis? Quid æquale pro eo, quod accepit, retribuet?

Quid Sanctissima Virgo reddiderit toti adorandæ Trinitati.

Vide, respondit mihi Viator meus, & admirare, quid ipsa retribuat omnibus tribus; & sic bene id capias, fateberis, nunquam fuisse, & nunquam esse posse gratitudinem tam eximiam, tamque abundantem. Ipsa impertitur Patri sceptrum & dominium supremum infinità ratione majus & no-

bilis, quàm habuerit. Ipsa impertitur Filio esse novum, sensa & affectus infinità ratione amabiles, quales non acceperat à Deo Patre suo. Ipsa impertitur Spiritui Sancto divinam quandam, quam non habuerat fecunditatem, & auctoritatem quandam originis in divinam quandam personam, quæ auctoritatem hanc in ipsum habuerat ab æterno. Explicanda tibi sunt omnia hæc prodigia, quæ majorem tuo adducunt animo admirationem Excellentiarum Sanctissimæ Virginis.

Dico primò, quòd ipsa impertita fuerit sceptrum & dominium supremum Deo Patri, quod non habuerat à seipso in proprià divinitate suà, & dominium hoc tam est admirabile, tantòque replet Patrem æternum gloriæ splendore, ut si Beautissima Virgo fecisset ipsum Monarcham supremum centies milliesorum mundorum, minorem ipsi contulisset honorem, quàm conferendo ipsi imperium absolutum & dominium supremum in proprium Filium suum. Non habebat hoc ipse ab æterno, nec unquam habere potuisset à seipso, edò quòd impossibile ipsi sit, producere

Sanctissima Virgo dedit Deo Patri absolutum imperiū in Filium suū Unigenitum.

H h h

se

re è propriâ substantiâ suâ, nisi æqualem sibi in omnibus: Potest ipsi quidem omnia dare, sed nihil potest recipere ab ipso, nec submissionem, nec obsequium, nec obedientiam, eòquòd in nullo is ipso sit inferior, sed ipsi in omnibus æqualis. Verum quidem, quòd Deus sibi tot effecerit subditos, quot produxit creaturas, extrahendò è nihilo totum hoc universum; sed quæ comparatio inter imperium absolutum, quod habet in omnes has parvas creaturas, quòdque constituit ipsum Dominum magni hujus mundi, & inter dominium supremum, quod in proprium suum tenet Filium, quòdque supremum ipsum constituit Dei Omnipotentis Dominum.

Pulchra & idonea cõparatio.

Si aliquis Imperator esset solummodò Rex & Monarcha centies millionum parvorum atomorum, nõnne diceretur, id in magnam ipsius cedere gloriam; Sed si aliquis faceret ipsum Dominum & supremum Principem alterius cujusdam Imperatoris ipsi æqualis, quis diffiteretur, quin hic majorem ipsi comparasset honorem, submitiendo illi unicum hunc subditum, quàm receperit ex totâ multitudine parvorum horum nihilorum, quorum erat Dominus? sic ratiocinandum est de gloria, quàm Sanctissima Virgo acquirit Patri æterno, quando per ipsam evadit Dominus & supremus Princeps Filij sui Unigeniti. Nõnne verum

est, quòd tota innumera multitudo creaturarum, quas sibi tenebat subjectas, minùs sint respectu ipsius, quàm parvi atomi respectu potentissimi Imperatoris mundi? Dominium hoc non erat pro ipso magna quædam gloriâ; sed quando Sanctissima Virgo reddidit ipsum Superiorem Filio suo Unigenito, faciendo hunc ipso inferiorem secundum conditionem suam Humanam, quis diffitebitur, quin contulerit ipsi in hoc solo. Plus honoris & gloriæ, quàm conferre is potuerit sibi ipsi, extrahendo per creationem omnes creaturas è profundis abyssis nihili: eòquòd hoc fecerit recipere ipsum submissiones & obsequia à Deo sibi æquali? Hoc igitur est, tantum ipsi reddere honoris, quantum meretur; hoc igitur est ipsi impendere pro totâ naturâ humanâ tantum obsequij, quantum debetur infinitæ ipsius Majestati,

O Pater Omnipotens, quanta est gloria, quâ exornans Sanctissimam Virginem, dum communicas ipsi divinam tuam Paternitatem; eòquòd ipsam facias Unigeniti Filij tui propriam Matrem: Verum etiam, quanta est gloria, quam ipsa reciprocè communicat tibi per divinam suam Maternitatem, eòquòd elargiatur hæc tibi pro subdito & servo Filium tuum Unigenitum: Quid enim majus concipi possit in Deo, quàm imperare Deo sibi æquali: Quando

ambo

2. Berna  
nus. Sec  
sio Germ

Sanctissima  
Virgo ta-  
tum reddi-  
dit honorẽ  
Deo Patri  
quantum  
accepit ab  
ipso.

Qua  
honorẽ  
rit Sa-  
ma  
Filiu  
danc

ambo hæc inter se confeto, honorem, quem ipsa confert, nescio quis palmam ferat, id solum scio, utrumque æquali ratione incomprehensibilem esse nobis. Verba Sancti Bernardini Senensis videntur hæc mihi stupenda: *Plus potest facere Beata Virgo de Deo, quam Deus de se ipso*: Affirmat, quod Sanctissima Virgo elevata sit ad tam sublimem potentiam verticem per divinam suam Maternitatem, ut possit facere de Deo, quod de se ipso Deus facere non potest. Siquidem impossibile est, esse Patrem Superiorem Filio, vel Filium esse subditum Patri secundum divinitatem suam: Sed Sanctissima Virgo facit utrumque per divinam suam Maternitatem, eoque communicando Carnem Verbo æterno, faciat, ut major sit Pater Filio suo unigenito libi aliis æqualis, & Filius manens æqualis Patri suo, fiat ipso inferior, ipsius subditus, ipsius servus. Ecce igitur, quid Sanctissima Virgo reddat Deo Patri pro cunctis beneficijs, quæ recepit ab illo.

Quantum autem ad Filium, pergebam, qui dedit illi personam suam ut esset terminus divinæ ipsius Maternitatis, & thronus Excellentiarum ejus, quid reddere hæc ipsi potuit, quod condignæ par esset retributioni?

Quantum honoraverit Sanctissima Virgo Filium Dei, dando ipsi

tem; communicaverit ipsi novum esse, quod non acceperat à divo Patre suo: Hoc non est, dicebam interpellando ipsum, multum ipsi impendisse honoris, hoc potius est, ipsum humiliasse, ipsum redigisse in nihilum. Id verum esset, respondit mihi, nisi exaltasset Humanitatem hanc ad propriam ipsius divinitatem, ut Humanitate hæc uteretur ad exaltanda maxima tum Omnipotentia suæ tum infinitæ bonitatis suæ prodigia, quæ per solam suam divinitatem non poterat exaltare. Nonne per illam est, quod obtulerit sese in sacrificium pro reparandâ injuriâ, quâ peccatum hominum divinum ipsius affecerat Patrem? Nonne per illam est, quod satisfecerit in toto rigore divinæ ipsius justitiæ contra illos irritatæ, quod pro ipsis solvens liberaverit eos à potestate & tyrannide dæmonum? Possit pati & mori pro gloriâ DEI Patris sui, est potentia quædam, quam non attulit è cælo, sed quam recepit in terris è sinu divinæ Matris suæ: Et hoc primum est, quod hæc ipsi est elargita.

Secundum est, quod repleverit Cor ipsius affectibus teneritudinis, misericordiæ & compassionis erga miseras nostras, quæ conferri ipsi non poterant à divino suo Patre, eoque his ipsemet caret in propria divinitate suâ. Habet is quidem infinitam perfectionem misericordiæ, quæ est ipsa

H h h 2

met

Humanitatem suam.

à Bernardino Senensis serm. 61.

Sanctissima Virgo tantum reddidit honorem Deo Patri quantum accepit ab ipso.

Confert ipsi teneritudinem misericordiæ.

met ipſius eſſentia; ita ut recipiens eſſentiam Patris ſui, receperit miſericordiam quandam eſſentialem & infinitam; Sed non habuit aſſectum illum ſenſibilem, motus illos teneros & compaſſivos miſericordiæ, ſed recepit illos cum Sanctiſſimâ Humanitate communicatâ ſibi à Sanctiſſimâ Matre ſua.

ad Hebr. 4. *non habeamus*, ſicut inquit S. Apoſtolus Paulus, *Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris*; ipſe cognoſcit has proprio ſuo experimento, & compaſſatur illis per infinitam ſuam bonitatem. Et ecce ſecundum, quod contulit illi, quo tam abundanter locupletavit ipſum, ut Magnus

ad Ephes. 3. Apoſtolus dicat, quòd per antiochiam ſit *dives in miſericordiâ*?

Et quod tertium attinet, contulit hæc ipſi capacitatem merendi, quam non acceperat à divino Patre ſuo. Siquidem ad merendum neceſſarium eſt, ut aliquis habeat capacitatem accipiendi remunerationem ab alio, & hoc ſupponit indigentiam: Jam Filius Dei nullam in divinitate ſua habet indigentiam, & capax non eſt recipere quidquam ab aliquo, quàm à divino Patre ſuo, qui confert ipſi omnia, dum Deum velut ſe progignit ipſum. Sed magnus Apoſtolus dicit nobis, quòd, cum dives eſſet, egenus propter nos factus ſit, ut, cum in ſtatu eſſet ditandi ſe, nos

paupertate ſua locupletaret: *Ut illius inopiâ vos divites eſſetis*. Quàm admirabile conſilium infinite Sapientiæ Filij Dei! Poſſidet ipſe divitias infinitas in ſinu Patris ſui, quas poſſidere idonei non ſumus: Venit ergo quaſitum paupertatem in ſinu divitiarum Matris ſuæ, onerans ſe ſimul omnibus noſtris miſerijs humanis, & etiam peccatis noſtris, ut, cum pauper eſſet, capacitatem haberet ſe locupletandi: Exin locupletavit ſe meritis infinitis, horum theſaurus, quem coarctavit, eſt infinitus & inexhausus; ſed non indiget eo pro ſeipſo, nobis vult illum donare, & ſolus ipſius theſaurus conſtituit æternas & ſuperabundantes omnium hominum divitias. Quis eſt, qui contulit ipſi ad hoc capacitatem? Sanctiſſima Mater ipſius.

Quantum denique, quod confert illi, quòdque tranſcendit cætera omnia, eſt, quòd collocet ipſum in ſtatu reddendi Patri ſuo perfectiſſimam quandam reciprocationem gloriæ, bonorum, & excellentiarum ab ipſo acceptarum. Recipit ipſe omnia ab eo in divinitate, & impoſſibile eſt, ut aliquid ipſi reddat nec ex gratitudine, nec ex debito; non habet ipſe ad hoc affectum, non habet ad hoc voluntatem: Quis ergo confert illi poteſt capacitatem, quàm non habet à ſemetipſo, quàmque nulla divinarum perſonarum confert illi poteſt? Accipit ipſam à

San-

2. Cor. 8.  
v. 9.

Ipſa confert  
illimedium  
exhibendi  
inſinitam  
honoris Deo  
Patri ſuo.

Reddit ipſi  
capacem  
meritorum.

Sanctissima Virgine, dum è purissimo ipsius nascitur utero: nascitur absque ullo gratitudinis affectu è sinu Patris sui æterni; nascitur è contra totus gratitudinis abundans affectibus ex utero Matris suæ Virginæ; & per hoc efficitur tam stupenda reciprocatio Patrem inter & Filium, ut Pater sit principium omnis gloriæ interioris & essentialis Filij, & Filius reciprocè sit principium omnis exterioris & accidentalis gloriæ Patris, cum impossibile sit, aliquam creaturam placere ipsi, & reddere ipsi gloriam, nisi per mundi Salvatorem.

Nonne igitur vides, quàm admirabilem potentiam accipiat per Sanctissimam Virginem Matrem suam, dum vestitur ab ipsa Humanitate nostrâ: Ipse reddit in hoc statu Deo Patri suo honorem infinitum, beneficia pro beneficijs, Excellentias pro Excellentijs. Si per impossibile Pater æternus nihil daret Filio suo Unigenito, ipse nihil esset; totum, quod est, est per Patrem suum: Et si per impossibile Filius incarnatus non redderet aliquem honorem Deo Patri suo, non agnosceretur, nec honoraretur velut Deus, cum certum sit, quod omnis gloria, quæ redditur ipsi extra Sanctissimam Trinitatem, reddatur ipsi per Filium suum Unigenitum. Quod si dicas, ipsum honorari à Sanctis & alijs creaturis, fatebor id tibi cum conditione, si & mihi fallus fueris, id sem-

per fieri per Filium ipsius Unigenitum, sine quo nihil acceptum esse potest Deo. *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Ita manifestis verbis declarat hoc nobis in Evangelio.

Post hæc quatuor, quæ Sanctissima Virgo Unigenito suo reddit Filio in recognitionem ejus, quod propriam suam personam is dedit ipsi; videndum restat, quid retribuatur ipsa Spiritui Sancto pro gratijs ab ipso acceptis, & pro fecunditate divinâ, quam is contulit illi.

Videre hæc fuit gratitudinem Sanctissimæ Virginis & majorem & evidentiorum. Nonne enim videtur tibi, quod reddiderit ipsi omninò tantum, quantum recepit ab ipso. Verum est, quod receperit illa ex divinâ ipsius operatione fecunditatem ad producendum personam quandam divinam; verum similiter per illam accepit Spiritus Sanctus eandem divinam fecunditatem ad producendum eandem personam divinam: Ipse sterilis est in divinitate, è tribus divinis personis ipsa sola non producit aliam personam; sed tam fecundus efficitur per Sanctissimam Virginem extra conclave adorandæ Trinitatis, ut actualiter concurrat cum ipsa ad productionem personæ cujusdam divinæ, quæ est Verbum Incarnatum, tamen modò quodam diverso ab illo Virginis Sanctissimæ: Siquidem ipse contulit

H h h ;      tribuit

tribuit per virtutem suam spiritua-  
lem & divinam; & ipsa contribuit,  
reipsa imperciendo substantiam  
suam humanam, & propriæ carnis  
suz portionem.

Ipsa largi-  
tur Spiritui  
Sancto po-  
testatē ju-  
risdictionis  
in Filium  
Dei.

Uterius verum est, quod Spi-  
ritus Sanctus efficiendo, ut San-  
ctissima Virgo esset Mater Verbi  
Incarnati, ipsi quoque communi-  
caverit auctoritatem & jurisdic-  
tionem legitimam in Deum suum, ve-  
lat in proprium suum Filium: sed  
verum quoque est, quod San-  
ctissima Virgo reciprocè contule-  
rit Spiritui Sancto auctoritatem &  
potestatem in Filium suum; siqui-  
dem ex seipso nullam in divinitate  
auctoritatem habet in Filium, & ac-  
quirit auctoritatem plenam in ip-  
sum in Humanitate suâ per San-  
ctissimam Virginem: dico non so-  
lùm auctoritatem quandam origi-  
nis, edquod sit principium Hu-  
manitatis ipsius, cum divina Ma-  
ter non produxerit ipsum, nisi per  
operationem Spiritus Sancti; sed  
dico etiam, auctoritatem potesta-  
tis & jurisdictionis; & hinc est,  
quod potestatem habeat mittendi  
ipsum ad prædicandum Evange-  
lium pauperibus, sicut ipsemet de-  
claravit nobis in Evangelio: *Spiri-  
tus Domini super me, Evange-  
lizare pauperibus misit me.* An vide-  
tur tibi parum esse, quod Sanctissi-  
ma Virgo reciprocationem hanc  
gloriz impenderit Spiritui Sancto,  
quam habere nunquam potuisset  
nisi per illam, in quantum est Mater

LUC. 4. v. 18.

Dei. Et ecce, quomodo omnes  
tres adorandæ Trinitatis personæ  
maximam trahant gloriam è titulo  
Matris Dei, quo illustrari volunt  
Virginem Sanctissimam.

Resumamus modò & videamus,  
quantum Excellentiz Sanctissimæ  
Virginis hic habeant splendorem.  
Omnes tres personæ adorandæ  
Trinitatis contribunt ad insigni-  
endum ipsam glorioso hoc titulo  
Matris Dei. Pater æternus com-  
municat ipsi actualiter divinam fœ-  
cunditatem suam: Filius Unigeni-  
tus largitur ipsi realiter propriam  
personam suam: Spiritus Sanctus  
replet ipsam actualiter gratijs suis,  
ipsique confert potentiam progig-  
nendi Deum, & evadendi verè in  
Matrem ejusdem Dei. Ipsa ex par-  
te suâ repletâ Excellentijs, reci-  
procas rependit Excellentias tribus  
Personis divinis: Ipsa elargitur Pa-  
tri sceptrum & dominium in Fi-  
lium suum; ipsa tribuit Filio Cor-  
pus, quo vitur ad patranda pro-  
digia Omnipotentiz & bonitatis  
suz, quod alias facere non pote-  
rat; ipsa confert Spiritui Sancto  
fœcunditatem quandam divinam  
& auctoritatem in Filium Dei,  
quam habere non poterat, nisi per  
ipsam. Hoc solum incomprehen-  
sibile videtur intellectui humano,  
& mirificè illustrat Excellentias  
Sanctissimæ Virginis.

Progrediamur ulterius & videam-  
us, quod omnes hi ingentes  
gloriz ipsius splendores reflectan-  
tur

Reciproca-  
tio donori  
inter Deum  
& Sanctissi-  
mam Virgi-  
nem.

Effic-  
moti-  
quibu-  
ramu-  
mand-  
hoco-  
sanct-  
Virgi-



Efficacia  
motiva,  
quibus fe-  
ramur ad a-  
mandum &  
honorandū  
Sanctissimā  
Virginem.

tur in nos, ut nos repleant honore, felicitate, consolatione, & infinitate tam abundantium benedictionum, ut mirum sit, unicam inveniri posse animam in totā naturā humanā, quæ ipsam non prosequatur affectibus gratitudinis, reverentiæ & intimi amoris, quæque maximo non ardeat zelo propugnandi & promovendi ipsius honorem & gloriam. Quid accepit Sanctissima Virgo, quod non sit pro nobis? Si Pater æternus communicavit ipsi divinam suam paternitatem; ut esset Mater Unigeniti Filij sui, nōne hoc est, ut ipsum donaret nobis? Hem! quid est, quod donaverit nobis Deum Hominem? Nōne plus hoc est, quàm quod Deus donavit nobis in creatione mundi? & plus quàm dare nobis possit, quando per impossibile exhauriret sinum nihilo, ad donandum nobis omnes mundos, quos inde posset extrahere? Omnia hæc simul minoris abs comparatione sunt valoris, quàm unicus Deus Homo, quem dedit nobis Sanctissima Virgo. Et quod idoneū foret ad diffindendum Cor nostrum debitæ affectu gratitudinis, quilibet nostrum considerate & credere potest, quod dederit ipsum sibi in particulati; quoties enim accepimus ipsum in Sacra Communione? quā felicitate nunquam fu slemus potiti, nisi Sanctissima Virgo induisset ipsum Corpore, ut medium suppeditaret no-

bis, quoties volumus, recipiendi ipsum. Si non esset nisi hoc solū, an satis exhibere gratitudinis possemus pro tam ingenti beneficio? Sed nondum sufficit.

Si Filius impertitur ipsi propriam suam personam, quare ipsa hanc recipit, nisi ut illam donet nobis? Si ipsa illum vestit Corpore humano, quod ex propriā suā format substantiā; Si confert ipsi facultatem, ut possit pati, mori, mereri, habere in corde suo affectus teneritudinis & commiserationis erga nostras miseras; hæc omnia non sunt, nisi pro nobis. Qui prosequi vellet magnam hanc veritatem & perscrutari magnas hæc infinitarum divitiarum abyssus, quas haurire possumus in unico Filio MARIE, nunquam inveniret finem, sed procedendum illi foret in infinitum. Et quando consideramus, quod nobis donet hæc omnia, non in quantum nascitur ab æterno è gremio Patris sui (ita enim in ipso non video, neque passionem, neque mortem, neque merita, neque affectus misericordiæ, neque aliquid, quod satisfacere possit in rigore justitiæ pro peccatis meis) sed in tantum nos locupletet, in quantum nascitur in tempore ex utero divinæ Matris suæ; invenimus hic in ipso & Salvatorem nostrum & salutem nostram, & omnia æternitatis bona, quæ comparavit nobis per mortem suam. O Sanctissima Virgo!

Ipsa nos amat, nobisque incessanter dat Filiū suum.

Virgo! ô Mater admirabilis! quis comprehendere posset, quantum obstringatur tibi tota humana natura, quod efformaveris ex propria tuâ substantiâ, ipsique dederis tam magnum Salvatorem? Mihi in particulari dedisti ipsum; & ubi sunt meæ affectus gratitudinis?

Tandem si Sanctus Spiritus ipsi confert fecunditatem quandam divinam, ut pariat nobis Deum Hominem, & si ipsa reciprocè confert illi eandem hanc fecunditatem: Pro quo est fructus ventris ipsius? Nône pro nobis? Tota Ecclesia Catholica nône cantat in Symbolo fidei universali cum júbilo de omnibus suis veris Filijs: *Propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis; Et Incarnatus est de Spiritu Sancto ex MARIA Virgine.* Ita propter nos homines peccatores & minimos terræ Vermiculos, Sanctissima Virgo concepit Verbum æternum; propter nos induit ipsum carne mortali; propter nos ipsum peperit, ipsumque nobis donavit; Et nec unicus est homo in terrâ, qui pronuntians hunc articulum fidei, nec dicat veritatem tam certam, quàm sit Deus ipse; Et si bene comprehenderet, quod dicit, quantâque bonorum infinitorum abundantia repletus sit per Sanctissimam Virginem, nullam cor esset tam induratum, quod non emolliretur & colliquesceret

velut cera coram facie magni cujusdam ignis.

Et quod hisce omnibus non obstantibus inveniri possit quisquam in mundo, qui portans Nomen Christiani, & pronuntians etiam ore magnum hunc Articulum fidei, abscondat in corde suo certum contemptum & quandam aversionis occultæ speciem erga Virginem Sanctissimam, vi cujus impellatur ad loquendum abjectè de ipsâ, vituperandum devotionem erga illam, opponendum se honori, quem omnes bonæ animæ impendunt ipsi tantâ cum æquitate: O Deus optime! O Deus amantissime! an aspici talis homo possit absque dolore? Sanè potius excusandi forent dæmones ex eò, quod contemnunt ipsam, eòquod infelices hæ creaturæ non acceperint omnia hæc per ipsam beneficia; sed quod homines, qui hæc receperunt, induant eosdem affectus dæmonum, qui ijs sunt privati, quis disitebitur, quin multò deteriores, magisque reprehensibiles sint dæmonibus inferni?

Sanctus Abbas Maximus, de quo refert Baronius Historiam Anno Salvatoris nostri 680, cum duceretur per medium exercitum Imperatoris à quibusdam, qui volebant ipsum reddere odiosum omnibus, sparserunt hi occultum rumorem per totum exercitum, quod Senex esset occultus inimicus Sanctissi-

ma

Nobis pro-  
genuit de-  
necidit um  
fructu ven-  
tris sui.

Ingrati ergo  
Sanctissima  
Virginem  
reprehens-  
biliores  
sunt dæmo-  
nibus.

Fervor  
di al  
Abba  
noti  
cujus  
citis  
notar  
Sanct  
Virg

Baronius ad  
ann. Christi  
680.

ma Virginis, & omnes milites  
jamjam incipiebant insurgere in ip-  
sum: Advertens autem is, quid a-  
geretur, sublatis in cælum mani-  
bus & oculis lacrymantibus, in hæc  
verba magno cura animi fervore  
protulit: O Deus Omnipotens,  
qui aspicias intima cordis mei? Tu  
nôsti, quàm alienus sim à crimi-  
ne, cujus insimulor: Quicumque  
non honorat Sanctissimam Ma-  
trem Dei, sit Anathema: Quam-  
primùm audire erat tot vivas Echo-  
nes, quot numerare erat ora in  
exercitu clementiæ post ipsum: Sit  
anathema, sit anathema, sit ana-  
thema. O quis det, ut hisce die-  
bus adhuc hæc Echo resonet ubi-  
vis, cunctaque ora pronuntient:

fit anathema, sit anathema, sit  
anathema.

Hic persona illa inquietudinibus  
agitata, cui loquebamur, omni-  
nò perversos suos deposuit affe-  
ctus, ac fensa reliquit, publicum  
nuncupans votum honorandi ex  
toto corde suo Sanctissimam Vir-  
ginem, ipsique inserviendi totâ  
vitâ suâ. Et ut magis roboraretur  
in concepto proposito suo, instan-  
ter rogavit nos, ut declaremus ip-  
si, si possibile foret, in quo con-  
sistat hæc tam stupenda gratia,  
quàm accepit Sanctissima Virgo,  
ut esset Mater Dei. Et ecce, quô-  
modo charitativus noster Viator  
conatus fuerit id ipsi ex-  
plicare.

## ARGUMENTUM.

*In quo præcisè consistat gratia divina Materni-  
tatis, quaque circa ipsam formari possit idea.*

### ARTICULUS IV.

**Q**ui conscendere vult fasti-  
gium tæris, successivè a-  
scendere debet per plures  
gradus, uno post alterum emen-  
so, aliàs nunquam pertinget illuc.  
Tu conscendere cupis fastigium  
tæris, dum videre desideras Ex-  
cellentiam gratiæ Maternitatis divi-  
næ, quæ altissimum constituit fa-  
stigium omnium Sanctissimæ Vir-  
ginis gratiarum, ascendendum igi-  
tur est super omnes alias, & hæc  
aspiciendæ velut multò inferiores

illâ. Volupe est intueri pulchrum  
ordinem & acceptam subordina-  
tionem, quam colloare Deo pla-  
cuit in omnibus operibus suis, sive  
illis naturæ, sive illis gratiæ, sive  
etiam illis gloriæ. Non ultra im-  
morabor explanationi horum om-  
nium, quæ esse possent permagnâ  
voluminis argumentum.

Abundè mihi est, quod desu-  
per dicit Magnus Apostolus scri-  
bens ad Corinthios, quod nimi-  
rùm Deus dispertiat & dividat  
suas

Mater Principis attollit super omnes Ministros domus ipsius.

suas gratias: *Divisiones gratiarum sunt*, quodque similiter dividit sua ministeria Ecclesiae; & *divisiones ministracionum sunt*: Vult nos aspicere domum Dei, velut palatium magni cujusdam Monarchae, habentis penes personam suam magnum Ministrorum numerum, hos pro suo servitio, illos pro sua gloria, alios pro sua oblectatione, omnes autem in optimo ordine, magis vel minus sublimi juxta dignitatem munitis, vel juxta majorem vel minorem gratiam ac favorem principis. Ita dicit Magnus Apostolus, collocavit Deus in Ecclesia sua plures Ministros subordinatos sibi invicem, juxta gradum, quem conferre vult ipsis in ministerijs magis vel minus sublimibus, quibus ipsos admoveat, vel juxta mensuram gratiarum, quas voluerit elargiri ipsis: *Dedit quosdam Apostolos, quosdam Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores in opus ministerii.* Aspice eodem oculo innumeram multitudinem domesticorum domus Dei, & fidelium servorum ejus per cuncta saecula: Hi sunt velut totidem gradus, quos omnes transgredi & emetiri oportet, ut pertingatur ad cognitionem sublimissimi status, solius & unicae Matris Dei, quam gratia divinae suae Maternitatis attollit super illos absque ulla comparatione.

Quomodo

Quando igitur mature perpen-

deris omnes gratias omnium servorum & ministrorum Dei, incipiendo a minima ultimi & novissimi, quae sola majoris valoris est, quam totus reliquus mundus, cum ipsa sit ordinis Superioris & supernaturalis; & quando ab hac ultima numeraveris successive omnes alias gratias, quas Deus hucusque exhibuit, & exhibebit adhuc usque ad finem mundi omnibus Sanctis, tam viris, quam foeminis, & omnibus animabus hominum, singularem ponderando illas omnes & probe cognoscendo illarum valorem, quod impossibile videtur intellectui humano, absque ingenti quodam miraculo: Et quando adjeceris his omnibus, omnes gratias, quibus locupletavit omnes Angelos, qui sunt in caelo, a novissimo usque ad primum Seraphinorum: dicerem tibi adhuc; transgredere haec omnia: non sunt ista nisi gradus, quos transcendere oportet; ascendendum tibi adhuc altius, si intueri desideres sublimissimum statum solius gratiae Maternitatis divinae: Confice, si velis, summam quandam totalem omnium harum gratiarum: tum hominum, tum Angelorum; verum est, acervum ipsarum tam ingentem fore, ut omnis consideratione earum confundendus sit intellectus: nihilominus dicam tibi iterum; adhuc plurimum abes, & es infra solam gratiam divinae Maternitatis.

Dico

Omnes gratiæ sanctificantes, Angelorum & hominum, & etiam Sanctissimæ Virginis sunt infra gratiâ Maternitatis ipsius.

Dico adhuc plus, quòd quando exactissimè supputaveris & perfectissimè cognoveris omnem immensitatem gratiarum sanctificantium Sanctissimæ Virginis, quantum admirati sumus incrementum in ultimâ nostrâ Consultatione, nondum adhuc satis conscenderis in altum, nec adhuc attigeris sublimem altitudinem gratiæ, divinæ ipsius Maternitatis. Transcende adhuc omnes has gratias sanctificantes, postquam transcenderis omnes illas Angelorum & hominum, omnia hæc adhuc longè sunt infra, & non sunt nisi gradus, quos omnes transcendere oportet: Sola gratia Maternitatis divinæ, attollit Sanctissimam Virginem super hæc omnia absque comparatione.

Credo, te uti exaggeratione, dicebam interpellando Raphaëlem nostrum; procul dubio zelus, quo flagras evulgandi excellentias Sanctissimæ Virginis te ultra omne genus menturæ rapit; quis fidem tibi dabit, dum ita rem amplifices & supra omnem attollis verisimilitudinem. Cujus ergò naturæ esse posset hæc gratiâ? Si omnes gratiæ sanctificantes, tum omnibus hominibus, tum omnibus Angelis, tum etiam ipsi Sanctissimæ Virgini concessæ huc non accedant? Non, respondit mihi, nihil dico, quod limites excedat veritatis, si hæc in toto rigore sumatur; & ipsemet id fateberis, si

confideres, quòd Maternitas Sanctissimæ Virginis sit gratia alterius naturæ, quàm omnes aliæ, & ordinis sublimioris, quàm omnes gratiæ sanctificantes, potissimum in duobus, quæ omninò manifestæ sunt.

Primum, quòd omnes gratiæ sanctificantes aliud efficere non possint, nisi ad summum servos Dei, Sanctos, Deique amicos, quòdque omnes simul non sufficerent, ut efficere Matrem Dei. Sanctissima etiam Virgo cum omni incomprehensibili abundantia gratiarum suarum sanctificantium, non fuisset ad summum, nisi Sanctissima quædam famula Dei, & non fuisset ipsius Mater, nisi habuisset gratiam divinæ Maternitatis suæ. Nulla est igitur exaggeratio, si dicatur, quòd gratia hæc singularis omninò attollatur supra omnes alias; eòquòd concedendum sit, quòd inter Matrem & famulam magna intercedat differentia. Et aliud, quod luculenter etiam ostendit hanc differentiam, est, quòd omnes gratiæ sanctificantes Angelorum & hominum, ad summum aliud producere non possint, nisi optimos & excellentissimos actus amoris Dei, admirationis, laudis & aliorum similia; quòdque omnes hi actus, quantumvis excellentissimi aliud non sint, nisi semper accidentia; sed sola gratia divinæ Maternitatis producit substantiam, & substantiam

Sola gratia divinæ Maternitatis est satis magna ad efficiendam Matrem Dei, omnes aliæ efficere non possunt nisi similes vel famulas Dei.

tiam divinam, & propriam personam Dei. Quæ comparatio facienda est inter effectum unius harum gratiarum & effectum alterius? Exaggerationi igitur imputandum non est, dum dicitur, quod sola gratia Maternitatis, quam Sanctissima Virgo possidet, plurimum transcendat omnes gratias sanctificantes, quas omnes Sancti, & omnes Angeli, & ipsamet Virgo receperunt à Deo.

Gratia divinæ Maternitatis est imitatio quædam essentia Dei.

Video benè, dicebam ipsi, esse quidem differentiam inter hanc & omnes alias gratias, & jam video, quamvis obscure, ipsam esse debere rem summè stupendam; sed nondum adhuc capio, quid sit, aut in quo consistat. Ecce tibi, reposuisti mihi, quâ ratione comprehendam illam. Aspicio illam velut rem, quæ maximam habeat similitudinem cum ipsâ divinitate, & capio ipsam pro perfectissimâ imagine essentia Dei. Interroga doctissimos quosque in mundo Theologos, videbis asserturos ipsos hanc veritatem, absque eo, quod id ferè advertant; pete ab illis, ut declarent tibi, quomodo concipiant essentiam Dei, tibi dicent, quod sit *fecunda radix producendi divinam personam*; pete exinde, quomodo concipiant Maternitatem Sanctissimæ Virginis, debebunt repetere tibi verba eadem, quod sit *fecunda radix producendi personam divinam*. Nonne videtur tibi, quod essentia Dei &

Maternitas divinæ MARIE, non sint nisi res eadem? eò quod utramque eadem oporteat definire ratione.

Quando audio magna hæc verba: *Fœcunda radix producendi personam divinam*, interrogo, de quo loqueris? Nonne loqueris de Essentia Dei! Ita, siquidem certum est, quod ex infinitâ fecunditate Dei personæ divinæ producantur in æternitate. Nonne loqueris etiam de gratiâ divinæ Maternitatis? Ita; siquidem certum est, hanc gratiam in Sanctissimâ Virgine esse radicem fecundam, quæ tribuat ipsi potentiam producendi personam divinam. O gratiam incomparabilem! O gratiam super omnem gratiam! ad quantum attollis sublimitatem Matrem hanc admirabilem, eò quod de ipsâ sit ratiocinandum sicut de Deo ipso? Verum etiam sistendum hic est; obtenta est meta, dum dicitur, ipsam verè & propriè esse Matrem Dei.

Non, dicebam ipsi, video, uti opinor, derivari ex hoc principio consequentias, quæ videntur mihi saltem non minùs stupendæ. Prima est, quod igitur divina Maternitas sit aliquid magis stupendum in Sanctissimâ Virgine, quam essentia divina in Deo Patre. Quod Pater æternus producat ex propria naturâ suâ Filium sibi similem, hoc facillimè concipitur, cum quilibet producat sibi similem; nihil magis

Gratia Maternitatis divinæ est ratiocinandum magnè stupendè, quam essentia Dei.

gis naturale est, quàm quòd Deus producat Deum sibi æqualem; de hoc magis admitandum non est, quàm quòd homo sibi æqualem producat hominem. Sed quòd hæc gratia Maternitatis divinæ, quæ non est Deus, sed simplex quædam creatura, imò ne quidem substantia, sed purum quoddam accidens, virtutem habeat producendi effectum, quæ transcendat ipsam bis infinità quâdam ratione: Inprimis, quòd cum non sit nisi accidens, producat substantiam tam nobilem, quæ omnem aliam antecellat substantiam; Deinde, quòd cum non sit nisi creatura, producat Deum Creatorem mundi: Quis posset hoc comprehendere? Scrutetur & rimetur hæc ingeniorum quorumcumque acerrimum, quantum voluerit, quantumque potuerit, nonne hæc absorbebitur & submergetur abyssis?

Peter æternus producit Filium suum Unigenitum per naturam & absque merito, Maximum hoc est prodigiorum omnium gratiæ prodigium, & effectus nobilissimus, quem producere posset. Et res mira, quòd obtinere ipsa non potuit in sinu Dei ipsius, obtinuit in sinu Sanctissimæ Virginis. Impossibile est, Deum Patrem producere Filium suum Unigenitum per gratiam, cum necessario producere illum debeat per propriam suam naturam: Impossibile est e contra producere divinam Matrem eundem huc Unigenitum filium per naturam, cum

necessario producere ipsum debeat per gratiam. Et exin vide, qualis deriveretur consequentia, quæ mirifice illustret excellentias Sanctissimæ Virginis. Cum Deus Pater producat Filium suum Unigenitum per naturam ergò producit ipsum necessario, ergò etiam absque merito: Et cum Sanctissimæ Virgo producat eundem Filium per gratiam, ergò liberè, ergò etiam cum merito.

Verum quis dicet nobis, quanti ponderis sit hoc meritum? quis æstimate poterit ipsius valorem? Dux sunt mensuræ, juxta Sanctum Thomam, nempe magnitudo gratiæ, & excellentia boni operis, è quibus deduci potest magnitudo meriti; quanto major fuerit gratia in animâ, tantò majus est meritum, & quanto excellentius fuerit opus, quòd ipsa producit, tantò majoris ipsius meritum est magnitudinis: Verba S. Thomæ hæc sunt: *Quantitas meriti ex duobus pensatur; uno modo ex radice charitatis; alio modo, ex claritate operis.* Jam metite, si potes, utrumque in Sanctissimæ Virgine; & exploratum habebis valorem ipsius meriti: Eòquòd ipsa sit Mater Dei, gratia ipsius est gratia divinæ Maternitatis; & ex eo, quòd ipsa produxerit Salvatorem mundi, opus ipsius est Deus Homo: Quousque hæc omnia se extendunt? Omnia tum Angelorum tum hominum ingenia huc omnem suam collo-

Sanctissima Virgo producit ipsum per gratiam, & cum merito.

Dux regulæ ad dimetiendum magnitudinem meriti Sanctissimæ Virginis producentis Verbum incarnatum.

collocent operam, ut id comprehendant, & comprehendent nunquam. Hanc ob rem non immeritò hæc verba exarata reliquit

S. Bernard.  
Sencel.

S. Bernardinus, dicens: *Plus meruit Beata Virgo in uno consensu Conceptionis Filii sui, quam omnes Angeli & homines simul in cunctis suis actibus & cogitationibus.* Hoc facile comprehenditur, si ex unâ parte consideretur, quòd sola ipsius gratia major fuerit, quàm omnes ipsorum gratiæ simul unitæ; & ex alterâ parte, quòd solum bonum opus ab ipsâ factum, dum produxit & dedit nobis JESUM Christum, majoris sit valoris, quàm omnia bona, quæ unquam fieri & exantari possunt à creaturis.

S. Ignatius  
Epist. ad S.  
Joannem.

Bone Deus! quid dicimus, dum loquimur de Matre Dei? Et quâ ratione illuc pertingat animus, ut vel minimam comprehendat partem Excellentiarum divinæ ipsius Maternitatis? Sanctus Ignatius, Magnus hic Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus, cœtaneus Apostolorum, & consequenter etiam contemporaneus Sanctissimæ Virginis, sed qui nunquam auspiciatâ hæc potitus est forte, ut vel viderit, vel cognoverit ipsam, nisi ex famâ publicâ & magnis prodigijs, quæ evulgabantur de illâ in totâ Ecclesiâ, maximo ac vehementissimo ardebat desiderio, oculatum eorum omnium in propriâ personâ suâ agendi testem. Illustris hic

senfa & o-

Martyr, cujus cor conflagrabat amore Dei, cujusque verba relata à Sancto Hieronymo, spargunt adhuc hodie ubique scintillas ignis ipsium consumentis, scribens ad Sanctum Joannem dilectum Domini nostri discipulum, & Sanctissimæ Virginis Filium adoptivum, postquam recensuisset ipsi ad longum ingentia elogia, quibus omnes deprædicabant ipsam, finem imponit pulchris hisce verbis: *Et hæc talia excitaverunt viscera nostra, & cogunt valde desiderare aspectum ejus, & si fas est sic fieri, celestis prodigii, & sacratissimi monstri.* Non potui, inquit, audire hæc omnia, quin commoverentur omnia interiora mea, & ardentissimo succenderetur Cor meum desiderio aspiciendi in terris hoc cœli prodigium, & si mihi ita loqui, mæque explicare licet, sacratissimum hoc monstrum, quod tantum stuporis, tantumque admirationis spargit in animos omnium eorum, quorum oculi hæc forte beantur, ut videant ipsam.

Sanctus Dionysius Areopagita, magnum hoc ingenium, doctissimus hic Vir, & sublimis hic Contemplator, cum primâ vice aspexisset ipsam, observavit in illâ quidquam tam stupendi, tamque divini, ut primâ fronte non crederet, se videre creaturam mortalem, & palàm contestaretur, quòd, si meliùs instructus non esset à fide, quàm suis oculis, & ratione suâ

huma-

pizio & le  
nati Mac  
tyris de  
Sanctissima  
Virgine

Verba  
senfa 5  
Dion  
reopag  
circa  
Athen  
Virgine




Verba &  
sensa sancti  
Dionysii A-  
reopagite  
circa San-  
ctissimam  
Virginem.

humanâ, credidisset ipsam verum Deum, ipsique exhibuisset honores soli Deo debitos. Ecce ipsius verba, quæ invenimus in Epistola quâdam quàm exaravit ad magnum Apostolum, Sanctum Paulum, qui erat & Pater & Magister ipsius. Fateor coram Omnipotentia Dei, & Clementia Salvatoris, & gloria Majestatis Virginis Matris, quodd, cum ductus essem à Joanne, vertice Evangelij & Prophetarum, coram presentia Deiformi Altissimæ Virginis, tantus me splendor exterior circumfulserit, tam splendida lux interior illustravit, tanta fragrantissimorum thymiatum abundantia me afflavit, ut nec corpus miserabile, nec etiam animus virtutem haberent supportandi gustum & suavitatem tantæ felicitatis: Deficiebat cor meum & succumbebat spiritus meus à tantæ Majestatis oppressus gloria; deinde adjecit: *Testor, qui aderat in Virgine, Deum; si tua divina concepta me non docuissent, hanc ego verum Deum esse credidissem.*

Ecce tibi sensa existimationis, reverentia & amoris, quæ maximi quique Sancti habuere erga Sanctissimam Virginem in primitivâ Ecclesia; quando existerat ipsa adhuc in terris, sub conditione crea-

turæ mortalis: Poterant ipsi vix limites statuere suo zelo, quo accendebantur honorandi ipsam, famulandi ipsi; ita ut, nisi aliud edocui fuissent à fide, adamassent & adorassent ipsam, velut Deum ipsum. Et nihilominus videre est <sup>sensa in-</sup> digna alim-  
quorum vi-  
lium inge-  
niorum hu-  
jus sæculi,  
post illa  
primorum  
Sanctorum  
Patrum Ec-  
clesiæ.  
tantes ita carni immerfas, & animos ita terrâ absorptos, qui non sint nisi parvi vermiculi in comparationem adducti cum magnis hisce luminibus Ecclesiæ, ut condemnate audeant elogia, quibus condecorari solet dignissima Mater Dei, & dicere, hæc non esse nisi exaggerationes indiscreti zeli Sanctorum Patrum. Videre est insuper, qui vituperare non abhorreant universalem devotionem omnium verorum Christianorum erga Sanctissimam Virginem, admirabilem hanc Matrem, quique eò procedant temeritatis, ut affirmare non erubescant, non nisi errores & certas superstitiones hæc esse quæ insensibiliter irrepserint in populis. O quantum absumus ab eo, ut impendamus ipsi tantum honoris, tantum reverentia & obsequij, quantum ipsi impenderunt primi Christiani! Afferam tibi hujus demonstrationem evidentem; & hæc erit conclusio & fructus nostræ Consultationis.

\* \*



ARGU.

## ARGUMENTUM.

*Magna devotio primorum Christianorum erga Sanctissimam Virginem.*

## ARTICULUS V.

**V**T bibatur aqua summè pura, haurienda est ex ipso fonte; quàm propius huc acceditur, tantò aqua purior invenitur, quàm in rivo; & quàm magis receditur ab ipso, tantò inveniens eam magis impuram, immutatam & immundam. Considerari potest devotio erga Sanctissimam Virginem, velut magnus quidam fluvius, qui semper suas derivavit aquas ad irrigandum hortum Sanctæ Ecclesiæ, fluens continuò absque ullâ interruptione, ab ortu Religionis Christianæ usque modò; Verùm an deducendo cursum suum è tam longinquo, tamque diuturno tempore non est paulisper immutata? an non quidam in illam irrepserunt abusus, an non degeneravit in quandam superstitionem, an non evasit inordinata, ac veluti exundans, imitando fluvios, qui præterlabuntur radicem montium, qui que cum incrementum capere debeant è torrentibus sese in sinum ipsorum. Exonerantibus, erumpunt extra alveum, suos deserunt limites, & magnam in circumjacentibus campis edunt stragem. Invenire est rectos homines, qui blandientes

sibi, magno admodum accensos se credunt zelo gloriæ Dei, ideòque aggeres & obstacula ponere contendunt devotioni, quæ modò ubi locus fovetur erga Sanctissimam Virginem, ad impediendum, inveniunt, excessus & eruptiones, & exundantias, ne forsitan demoliatur ipsa pulchritudinem religionis, ne scandalum patiat hæreticis, ne simplici vulgò ansam præbeat incidendi in idololatriam, & sub alijs speciosis prætextibus. An igitur excrevit ipsa usque ad excessum, ita ut transgrediendo debitos limites, quibus constringi debet, totam Ecclesiam exponat periculo?

Videamus & denudò ascendamus usque ad fontem, comparemus principia cum sequentibus, & videamus, an devotio hæc immutata sit, an deflexerit in quandam superstitionem vitiosam, an zelus indiscretus quorundam devotorum se effundens more torrentis omnia devastantis, tumescerit ipsam usque ad excessum: Estne major modò, an fuerit tempore primorum Christianorum, quibus erat sensa purissima, cum desumpserint & hauserint illa ex ipso fonte? pro-

An devotio erga Sanctissimam Virginem sit, vel inordinata evaserit post primæ sæculi.

JESUS  
Christi  
docuit  
nificè  
tionem  
ga Sanct  
mam V  
nem.

Devotio erga Sanctissimam Virginem, est potius immoderata, quam admodum.

cul

cul dubio examen & scrutinium hoc ostendet nobis notabilem imminutionem devotionis erga Sanctissimam Virginem, & fateri cogemur non absque magna nostra confusione, quod maximi nostri erga ipsam ardores, non sint nisi tædia, nisi negligentia, respectu zeli primorum Christianorum.

JESUS  
Christus  
docuit mi-  
rifice devo-  
tionem er-  
ga Sanctissi-  
mam Virgi-  
nem.

Quando deliberatum est de honorandâ Sanctissimâ Virgine? In quo sæculo inceperunt Christiani devotione prosequi ipsam? Respondeo, quod devotio erga Sanctissimam Virginem ejusdem sit cum Religione Christianâ ætatis, quodque nunquam conspectum fuerit habuisse Christianos pietatem erga JESUM Christum, quin devotionem quoque habuerint erga Sanctissimam ipsius Matrem. Quis ipsos hoc edocuit? In quo textu scripturæ vel præceptum vel suatum est illis, ut honorarent Virginem, tamque ardenti erga ipsam afficerentur devotione, ut crederent se non esse veros Christianos, si devoti non essent Sanctissimæ Virgini? Respondeo, quod JESUS Christus, qui instituit Religionem Christianam, sit magnus Magister qui nos edocuerit hanc erga Sanctissimam Matrem suam devotionem; ipse est, qui hunc exercuit primus. Probè novi, nuncupari non debere devotionem teneros naturales affectus infantium erga Matres suas; sed quando sermo est de Infante Deo, cujus om-

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

nes actiones divinæ erant & humanæ; an mihi permissum non erit dicere, quod exercuerit semper devotionem erga Deum Patrem suum, & etiam erga divinam Matrem suam? Sed modo tam excellenti ac sublimi, tam reverentiali, tamque cordiali, tam tenero, tamque ferventi, tam efficaci, tamque perfecto in omnibus, ut dici aucter possit, neminem unquam fuisse aut fore tam devotum erga Sanctissimam Virginem, sicut fuit JESUS Christus.

Inter dulces amplexus Filij & Matris, JESU & MARIE enasci video devotionem erga Sanctissimam Virginem. Ecce ipsius originem. Et sicut credimus, quod inter Patrem & Filium provocatur Spiritus Sanctus in æternitate per eandem voluntatem ipsis communem, quodque, si admitti possit devotio in Trinitate adorandâ, illa procul dubio sit in hoc Spiritu amoris, in corde Patris & Filij? sic credere etiam debemus, quod inter & Matrem & Filium devotio erga Virginem suam sumpserit exordium. O JESU Infans! quam es devotus? dubitari non potest, quin habueris devotionem, in summâ, quantum possibile est, perfectione: Sed quoniam tendebat omnis tua devotio? Nonne ad Patrem tuum cœlestem, & ad divinam Matrem tuam? Latet nos, qualis & quanta tua fuerit devotio erga æternum Patrem tuum; tu

K.k'k

solus

Qualis fuerit devotio JESU Christi erga Sanctissimam Virginem.

solus id nōsti, nobis deest facultas id capiendi; voluisti tamen, ad præbendum nobis exemplum, nobis tuam ostendere devotionem erga Sanctissimam Virginem, divinam Matrem tuam. O amantissime Deus! quàm fervens hæc erat & affectuosa!

Videre JESUM Infantem pendere è collo Sanctissimæ Matris suæ, illi blanditi, amplecti ipsam tam tenerè, exhibere ipsi perfectissimi signa amoris, quem unquam habuerit infans erga Matrem suam, non habere, uti videbatur, oculos, brachia & cor, nisi propria, nonne hoc erat, totum ipsi esse devotum? O mi Deus! Ecce quàm manifesta est hæc devotio! Hem! Quis unquam habuit huic similem? Nihilominus, dicebam ipsi non erat tamen devotio ista, nisi infantis; verum est, respondit mihi, sed considera, fuisse ipsam Infantem Deum, qui se moderabatur in omnibus infinità cum Sapientia.

JESUS  
Christus  
triginta  
exegit an-  
nos in ho-  
norando  
Sanctissimam  
Virginem  
ac servien-  
do ipsi;  
non nisi tres  
autem de-  
dit salvan-  
dis cæteris  
hominibus.

Quando desit esse Infans, voluit ostendere nobis, crescere devotionem suam erga Sanctissimam Virginem, & augeri semper cum ætate; nunquam non adhæsit illi, precabatur ipsam sæpè, petebat ab ipsa omnia sibi necessaria, non nisi confugiebat ad ipsam, & post divinum Patrem suum, omnem in ipsa collocabat fiduciam; post Supremos, quos divino Patri suo impendebat honores, præcipuum

ipsum negotium erat honorare Sanctissimam Virginem, ipsi obedire, ipsi inservire; & triginta omnino annis sese hisce occupabat exercitijs, ita ut distrahi ab ijs nollet, nec die, nec horà unicà, ut laboraret pro salute mundi per prædicationem, & miracula sua, quod tamen magnum erat consilium, quòd traxerat è cælo in terram ipsum, quòdque jam decreverat cum Deo Patre suo ab æterno. An fuit unquam devotio erga Sanctissimam Virginem vel ardentior, vel fidelior?

Verum est, quòd per tres annos, quos consecravit operi Redemptionis mundi, non adhæsit amplius tam assiduò Sanctissimæ Virgini, nec amplius exhibuit tam manifestas devotionis suæ notas; videbatur etiam in certis casibus non admodum affectuosè allocui ipsam, eòquòd ageretur de gloria, deque servitio Patris sui æterni, ad instruendum nos exemplo suo, quòd, quantacunque devotio habeatur erga Sanctissimam Virginem, ipsi semper præferendus sit Deus absque ullà comparatione, sed ut ostenderet nobis, quòd devotio sua erga ipsam semper sibi cordi esset, illamque conservaret in eodem serwire, usque ad extremum vitæ suæ, jamjam pro salute nostrâ meriturus in Cruce, in instanti illo, que tam luculenter ostendebat amorem suum erga totam Ecclesiam, demonstrare etiam

Ad quòd  
stendebat  
JESUS  
Christus  
morem  
erga  
Sanctissimam  
Matrem  
tribus  
mjs vitæ  
sue annis

etiam voluit speciale devotionem suam erga Sanctissimam Virginem: æquabat is ipsam, vel etiam ipsam solam præferbat toti Ecclesiæ; siquidem si curam totius suæ Ecclesiæ committebat alicui Apostolo, requirebat curam alterius pro solâ suâ Matre; ille, quem nuncupat pro moderandâ totâ Ecclesiâ, est primus in dignitate, & Sanctus est Petrus Apostolorum Caput; sed ille, quem destinat ad impendendum suas curas pro servitio solius suæ Matris, est primus in amore, quem præ omnibus amabat tenerius, dilectus ipsius discipulus S. Joannes; & sicut charissimus hic erat sibi, ita quod habebat charissimum, committebat ipsi. Quis diffitebitur, impossibile esse omnibus tum Angelis, tum hominibus, tantâ ergâ Sanctissimam Virginem fieri devotione, ut comparari possit illi, cujus JESUS CHRISTUS verum nostrum Exemplar, nobis ipsemet dedit Exemplum?

Interpellabam ipsum desuper, & dicebam: Videtur mihi, hæc omnia nuncupati haud debere devotionem erga Sanctissimam Virginem, cum non sint nisi naturales obligationes alicujus Filij erga Matrem suam. Nonne videmus, omnes filios bene educatos eadem reddere obsequia Matribus suis. An igitur nescis, respondit mihi, quid sit devotio, si omnes affectus, quibus JESUS CHRISTUS Sanctis-

simam Virginem est profecutus, capias pro nudis obsequijs naturalibus, quæ suis impendant Matribus omnes bene educati Filij. Consule S. Thomam, ipse docebit te, quod devotio sit actus vel exercitium principale virtutis Religionis: Jam religio respicit Deum & Sanctos, Deum præcipue & principaliter ad impendendum ipsi honores supremos, non nisi ipsi soli debitos; & Sanctos secundariò & dependenter à Deo, ad reddendum ipsis honores subalternos & inferiores, qui ipsis debeantur. Devotio igitur respicit primariò Deum & secundariò Sanctos.

Est magna sanè differentia inter id, quod fit ex naturâ, & id, quod fit ex religione; Unum reptat super terram, & alterum attollitur usque ad cælum. Omnia obsequia, quæ parvuli infantes impendant Matribus suis naturaliter, aut equam acquirant usum rationis, sunt ratione quâdam haud ab similia illis bestiarum: parvus catulus blanditur Matri suæ, sicut suæ blanditur infans, ex solo instinctu naturæ. Quando ratio incipit moderari infantem, si bene educatus est, pergit majora impendere obsequia Matri suæ, sed hoc facit ex impulsu rationis naturalis; & hæc omnia ipsius obsequia ejusdem sunt naturæ cum illis paganorum, & reptant adhuc super terram; & quia redduntur ex naturâ, nil habent religionis, & consequenter

K k k 2

etiam

D. Thom.  
2. q. 82.An debeant  
appellari  
devotio,  
obsequia à  
JESU Chri-  
sto exhibi-  
ta Sanctissi-  
mæ Virgini.

Quod omnes blanditiae, & omnia servitia, quae JESUS CHRISTUS Sanctissimae Virgini exhibuit, fuerint vera devotio.

etiam nihil devotionis. Jam quare ex te, an cogitare solum audeas, quod omnia obsequia à JESU Christo Sanctissimae Virgini Matris exhibita ejusmodi fuerint naturae? an blanditus sit ipsi in infantia sua, sicut parva animalia blandiuntur Matribus suis? An honoraverit ipsam, & servierit ipsi in juventute sua, sicut pagani honorant Matres suas, inserviunt ipsis? an agebat ipse modo tam abjecto, tamque imperfecto, sequens duntaxat motus naturae animalis, vel rationis purè naturalis? Nonne abhorreret ejusmodi cogitationem fovere in mente tuà? Dicendum igitur est, ipsum non egisse ex natura, sed ex religione; agebat ergo etiam ex devotione honorando in divinam Matrem suam, Sanctorum Sanctarumque omnium Sanctissimam. Et consequenter certum est, quod omnia, quae fecit JESUS CHRISTUS erga ipsam, fuerint vera & perfectissima devotio erga Sanctissimam Virginem. Iple hanc incepit, ipse hanc instituit in sua Ecclesia, eodem tempore, quo instituit Religionem Christianam in mundo, tamdiu durare volens unam quam alteram; ipse tandem inspiravit omnibus Apostolis suis, ut diffunderent illam, ubicunque Sanctum disseminarent Evangelium.

An suffragatur nobis quidquam testimonij, interrogabam Viatorum nostrum, quod Apostoli dedu-

xerint in opus devotionem erga Sanctissimam Virginem? Ita, respondit mihi, & longè majori cum zelo, quam faciamus nos modò, Sanctus Petrus Apostolorum princeps primus est, qui specialem facere cepit memoriam Sanctissimae Virginis, sicut videtur in Liturgia, quam primus hic Papa Romanae reliquit Ecclesiae, uti attestantur Leo tertius, & post ipsum S. Thomas: Et idem Apostolus consecravit primam Ecclesiam Tripoli in honorem Sanctissimae Virginis, quamvis tunc ipsa fuerit adhuc in vita superstes, uti videre est in Volaterrano lib. 2. Geographiae ipsius.

Post Sanctum Petrum, Apostolus Sanctus Jacobus in M. S. quam composuit, pluribus fecit honorabilissimam Sanctissimae Virginis, mentionem, quam appellat pretiosorem quam Cherubim, gloriosorem, quam Seraphim, subiungens propria haec verba: Commemorationem agamus Sanctissimae, Immaculae, gloriosissimae, benedictae Dominae nostrae Matris Dei, & semper Virginis MARIAE. Et idem Apostolus aliam Ecclesiam in Hispania exstrui curavit in honorem Sanctissimae Virginis, quae etiamnum vocatur Domina nostra ad columnam Leo pilam.

Nonne credis Apostolum Sanctum Joannem, dilectum hunc Domini nostri Discipulum, qui ex singularissimo privilegio praecipuam habebat curam Sanctissimae Virgi-

Leo; Epist. ad Mich. D. Thom. 3. p.

Apostoli extiterunt devoti Sanctissimae Virginis.

D. Jacobus. Habetur in Jure de Consecrat. dist. 1.

Consule Carthago. lib. 6. hom. 17. §. 1.

S. A. lus Jo devoc mus S. ciffim Virg

Ep

Virginis, quæ data ipsi fuit ad radicem Crucis ceu Mater, ferventior se exhibuisse cæteris omnibus Apostolis, ad inspirandum toti mundo maximam erga ipsam devotionem? Lege Epistolam ad Clerum Constantinopolitanum, quæ est in Actis Concilij universalis Ephesini, videbis, ibi, magnum hunc Apostolum extrui etiam curasse Ecclesiam in Sanctissimæ Virginis honorem. Et merito dubitare non possumus, quin omnes alij Apostoli, & quivis illorum, fecerint ex parte suâ, quod obligatio fidelium Missionariorum JESU Christi exigebat ab ipsis, ad dilatandum ubivis terrarum devotionem erga Sanctissimam Virginem, cum omnes pari ratione hanc instructonem acceperint à divino Magistro suo.

Nonne igitur vides, devotionem erga Sanctissimam Virginem antiquissimam esse in Ecclesiâ? Et nonne vides eodem omnino tempore ambos optimè fuisse fundatas? non super falsam zelum devotorum quorundam indiscretorum, sed super fundamentum eorundem Apostolorum, qui Christianam fundarunt Religionem in universo Orbe. Nonne possem ad ipsam dirigere eadem verba, quæ Magnus Apostolus exaravit Ephesius: *Non estis hospites & advena, sed estis cives Sanctorum, superadificati super fundamentum Apostolorum, ipso summo angulari*

*lapide CHRISTO JESU.* Devotio erga Matrem Dei, non es peregrina, nec incognita in Ecclesiâ, nec introducta es paucis abhinc ex abusu vel errore populorum: sed solidè ædificata es super fundamentum Apostolorum: JESUS CHRISTUS etiam lapis est angularis, qui ipsos omnes unitos servat inter se & cum omnibus fidelibus Ecclesiæ suæ, ad te sustentandum: Tu Religioni Christianæ tam es propria, ut constituas ratione quâdam partem essentiæ ipsius, tu ingressa es cum ipsâ in mundum, tu eisdem innixa es fundamentis, & nunquam finieris, non magis, quam ipsa usque ad consummationem sæculorum. Qui oppugnant te, debiles sunt nimium, ad te conquassandum.

Prosequamur & videamus, quomodo Sancta Ecclesia instituta à JESU Christo ipso & Apostolis ad devotionem erga Sanctissimam Virginem, semper eandem hanc prædicaverit devotionem, quomodo fuerit illam professâ, ipsam exercuerit, defenderit cum maximo zelo Spiritûs Dei, quo animatur, quoque semper munita fuit ad propugnandum ea, quæ de essentiâ sunt Religionis. 1. Ipsa composuit officium divinum, ad cantandum quotidie laudes JESU Christo; composuit autem & alterum ad modulandum laudes Sanctissimæ Virgini. 2. Ipsa instituit plura solemnissima Festa, ad

K k k 3      heno-

Antiquitas & fundamentum solidum devotionis erga Sanctissimam Virginem.

Quomodo Ecclesia Catholica semper exercuerit devotionem erga Sanctissimam Virginem.

S. Apostolus Joannes devotissimus Sanctissimæ Virgini,

Epist. Mich. Thon.

Epist. Thon. Thon.

Jacobus Thon.

Epist. Thon.

Ephes. 1.

honorandum præcipua mysteria vite Salvatoris nostri, ipsius Nativitatis, ipsius Resurrectionis, ipsius Transfigurationis, ipsius in cælos Ascensionis; Ipsa similiter instituit plura solemnissima Festa ad honorandum præcipua mysteria Vitæ Sanctissimæ Virginis, ipsius Conceptionis, ipsius Nativitatis, ipsius præsentationis in Templo, ipsius Annuntiationis, ipsius Visitationis, ipsius Assumptionis & Coronationis in cælo. 3. Ipsa congregavit Concilia Universalia ad propugnandum divinitatem JESU Christi contra hæreticos illam oppugnantes: ipsa pariter congregavit illa ad oppugnandum divinitatem Maternitatem Sanctissimæ Virginis adversum Hæreticos, hanc ipsi gloriam subripere volentes. 4. Ipsa ædificavit templa magnifica ad amplificandam gloriam Filij Dei; ipsa talia & æquæ splendida extruxit ad dilatandum honorem divinæ Matris ipsius. Verum est in utrisque non offerri adorandum sacrificium nisi Deo soli, & nunquam Sanctissimæ Virgini, quia ipsa Deus non est, nec exhiberi illi debet supremus Patriæ cultus: aliqua templa tamen magis specialiter dedicantur devotioni erga Filium, & alia devotioni erga Matrem.

Videre volumus, quanta fuerit devotio primorum Christianorum erga Sanctissimam Virginem, quantæque ipsorum zelus, qui à sæcu-

lo in sæculum infecuti sunt illos, usque modò? aspice innumeram multitudinem Ecclesiarum per universam Christianitatem sub honore & Nomine ipsius extructarum; admirare ipsarum magnificentiam ac splendorem; revoce ad calculum & numerum Episcopatus ac Capitula, Ecclesias Collegiatas, insignes Abbantias sub nomine ipsius fundatas. Scribo hæc in Provincia, ubi nonnisi septem extant Episcopatus, quorum quatuor in honorem Sanctissimæ Virginis sunt erecti, & hi exornati Ecclesiis Cathedralibus ad eò splendidis, ut merito pulcherrimis totius Religionis Christianæ annumerari possint. Nonne augusta hæc monumenta sunt devotionis Patrum nostrorum erga Sanctissimam Virginem? Videbant ipsi ante octingentos, vel nongentos annos, vel adhuc ultra: an modò hisce temporibus devotio erga Sanctissimam Virginem sumplerit incrementum? Et an juare conqueri possumus, deflexisse ipsam in nimium, quem rescindere oporteat, excessum? An omnis multitudo devotorum devotarumque erga Sanctissimam Virginem simul conjuncta capebat modò consilium ædificandi vel unicam in honorem ipsius Ecclesiam, quæ splendore & magnificentia accedat ad eas, quæ à majoribus nostris ædificatæ sunt in universo orbe, vel fundandi unicam solam vel Abbatiam, vel dotandi unicam

Magna devotio majorum nostrorum erga Sanctissimam Virginem, & quantum ipsa modò diminuta sit.

solum



solum Cathedrale Capitulum. O quam longè absumus à devotione erga Sanctissimam Virginem, quæ excelluerunt Patres nostri!

Non mihi est integrum referre hic innumerabilem multitudinem Oratoriorum & Sacellorum, devotioni erga Sanctissimam Virginem consecratorum, quæ nominatissima sunt ob frequentiam miraculorum, quæ ibi sunt facta, & indies adhuc fiunt; nec maximum numerum Confraternitatum in honorem ipsius erectarum, tum universalium, sicut est illa Rosarij vel scapularis; tum particularium certisque locis affixarum; quæ specialem erga Sanctissimam Virginem exercent devotionem; nec ingentem copiam ordinum Religiosorum utriusque sexûs, eo nomine institutorum ut singulari Virginem Sanctissimam prosequantur honore; opus foret integro volumine ad recensendum illos.

Opus foret & alio ad annotandum duntaxat nomina omnium Sanctorum Patrum Ecclesiæ, qui resplenderunt magis devotione erga Sanctissimam Virginem; Si quidem nec unicus sermôn eorum esset omittendus: Et qui solummodo asserere vellet nonnulla eorum, quæ exarârunt, verba ad insinuandum affectus suos, æstimationis, reverentiæ, amoris, fervoris ac zeli profusus accensu igne divino, quo exarserunt in ipsam, quodve colligescerent lapides, nun-

quam perveniret ad finem. Et per hoc adimpletum est vaticinium, quod illa de seipsa edidit in suo Cantico: *Ex hoc enim Beatam me Omnes nationes con-*  
*dicent omnes generationes.* Nihil tiones con-  
 splendidius est eo, quod dicit Hu- fecerant se  
 go Cardinalis exponens hæc ver- devotioni  
 ba. *Aperientur imposteriorum omnium erga San-*  
*ora ad divulgandum ubique ipsius Sanctissimam*  
*beatitudines, & incomparabiles ip- Virginem.*  
*sus magnificentias.* Omnes diver-  
 sa nationes, id est, *Judeorum &*  
*Gentilium, virorum & mulierum, Hugo Card.*  
*pauperum & divitum, Angelorum in hunc lo-*  
*& hominum Beatam dicent illam, cum.*  
*edquod omnes receperint ab ipsa*  
*singulare beneficium; homines Re-*  
*conciliationem, Angeli reparatio-*  
*nem: siquidem JESUS Christus*  
*Filius Dei operatus est salutem in*  
*medio terra, id est, in sinu Virgi-*  
*nali MARIE, qui specialem ob*  
*proprietatem appellatur medius*  
*terra.*


Ad ipsam velut ad commune suum aylum convertuntur oculi omnium animarum Christianarum, & illarum, quæ in cælo sunt, & illarum, quæ in Purgatorio, & earum, quæ existunt adhuc in terris. Primæ obsecrant, ut malorum Angelorum reparentur ruinæ; secundæ, ut à suis liberentur pœnis; tertiæ, ut reconcilientur cum Deo. Te, ô Sanctissima Virgo, Beatata deprædicant omnes, edquod omnes obstringantur tibi generatio- nes, cum produxeris ipsis vitam, gratiam & gloriam; vitam mor- talibus

Judith. 15.  
v. 10.

talibus, gratiam peccatoribus, gloriam justis. Tibi accinendum est, quod olim accinuerunt Judithæ. Tu es gloria Jerusalem, tu es lætitia Israël, tu es honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter: Prima verba sunt Angelorum commorantium in Jerusalem cœlesti, quorum ruinæ reparantur per te. *Tu Gloria Jerusalem.* Secunda verba sunt totius Ecclesiæ in terrâ, quæ suspirat ad te, velut ad fontem lætitiæ, unde solatium in suo capiat Exilio: *Tu Lætitia Israël.* Tertia potissimum sunt verba mulierum aspicientium sexum suum (quem viderant oppressum infamiâ, eod quod profecta ex ipso fuerit infelicitas mundi) cum tu reparaveris ipsum & repleveris honore. *Tu honorificentia populi nostri.*

Omnes Nationes mundi benedicunt Sanctissimam Virginem, & omnes tres Ecclesiæ; Triumphans, quæ est in cœlo; Militans, quæ est in terris; & patiens, quæ est in purgatorio, sacro specialis devotionis vinculo illi sunt annexæ. Non nisi ergo infernus est, cum maledictis suis inquilinis, qui nullâ erga ipsam feruntur devotione: Huc relegantur omnes Hæretici, qui oppugnatæ fuerunt auri ipsius

gloriam: Huc etiam amandabuntur omnes falsi Catholici, qui devotionem erga ipsam reprebent, illamque deserunt sub falso obtentu, quod servire velint Filio ipsius Unigenito, quasi zelotypus is esset honoris, quem Sanctissimæ suæ exsolvent Matri. Reperate oculos miseri & videte, an omnes, qui honore affecerunt Sanctissimam Virginem, non receperint benedictionem in terris, & coronas gloriæ in cœlis, abs eod quod unquam ulli attulerit malum, devotus quod extiterit erga Matrem Dei. Sed demittite oculos vestros inimici Dei & Matris ipsius, perlustrate profundam inferni abyssum, ubi sunt omnes, qui vestra amplexi sunt sensa, quorum vos tenetis & possidetis spiritum: Videte, inquam, an ulli cesserit bene, quod opprefferit, reprebenderit & contempserit devotionem erga Sanctissimam Virginem. Quis sanæ est mentis, qui vestra volet amplecti sensa? Non ego, non ego, dixerunt omnes, qui assistebant Consultationi, quæ suum ita sortita est finem cum protestatione, quàm quilibet tunc fecit, quod per totam vitam suam esse velit devotissimus Virgini Sanctissimæ.

\* \*  
\*

CONSUL-